



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovaniij, 1663

L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Kalendarium manuscrip. *Conceptio SS. Dei Genitricis* in folio. Item, aliud kalendarium vetustissimum: *Conceptio*. MS. in Monasterio S. Sepul. Cameraci. Kalendarium singulare, & exquisitum existens in Bibliotheca D. D. Cancellarii Parisien. sic habet 8. Decemb. *Conceptio SS. MARIÆ*. Est in pellicea charta parva, & raro modo ligatum.

Kalendarium Romanum, ad diem 8. Decemb. *Conceptionis Beate MARIÆ festum* instituitur.

Kalendarium Græcorum, ad diem 9. Decembris: *Conceptio Beate Anne Dei & Domini Avie*.

Kalendarium Parmense à D. D. Mario Antonio Episcopo correctum, fol. 75. ad diem 8. Decemb. *Conceptio Beate MARIÆ Virginis duplex maius*. Impress. Romæ 1629. in 8.

Kalendarium, sive Martyrologium Cisterciense antiquum manuscr. existens in Bibliotheca Fiterrensi in Regno Navarra, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beate MARIÆ Virginis duas Missas, & duodecim Lectiones, Solemne*.

Martyrologium Prædicatorum editum anno 1254. ad diem octavam Decembris habet hæc verba: *Conceptio Sancte MARIÆ Virginis festum duplex*. Vide Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 23. fol. 248. Item, anno 1579. sub Generalatu R. P. Seraphini Cavalli prodijt alterum, & ad octavam Decembris, habet: *Conceptio Sancte MARIÆ Virginis totum duplex*. Item, anno 1551. sub Generali R. P. Fr. Francisco Romeras prodijt aliud Salamanca cum inscriptione ad diem 8. Decembris: *Conceptio Sancte MARIÆ totum duplex*. Vide Eusebiū ubi supra, folio 349.

Kalendarium Sanctorum Romanum juxta Concilium Tridentinum restitutum cum imaginibus ære incisis, die 8. Decembris, fol. 439. de *Conceptione Beate MARIÆ* cum imagine ipsius, supra inquit *Beata MARIA Virgo & Mater Christi, filia Iosachim & Anne, concepta non sine divina gratia Salvatoris mundi concepit, &c.* Lib. impress. Antu. 1584. in 16. Kalendarium Gregorianum correctionis anni 1582. die 8. Decemb. *Festum Conceptionis Beate MARIÆ* in principio & in fine libri. Impress. Cæsar-Augustæ 1583. in 4.

Kalendarium S. Ecclesiæ Toletanæ, mense Decembris fol. 163. habet hanc rubricam: *La fiesta de la Conception de nuestra Señora la Virgen MARIA que es à 8. de Diciembre se hade celebrar solemne mente, à la Vigilia y à Vísperas solemnes, y el día siguiente de la fiesta Procecion entera solemne, Missa con commemoracion de S. Miguel y Santiago, Vísperas segundas solemnes. Hanse de poner en esta fiesta veinte y quatro cirios blancos, como los del Infante, que se ponen à la fiesta de la Señora de Agosto de tres libras de zera cada uno, con sus escudos de las armas Reales, &c.* Partense de caridad à esta fiesta seis mil y seiscientos y sesenta y seis maravedis, &c. Et infra: *Misa de S. MARIA del Oficio de la Conception, dentro en el coro con dos capos con una dia del octavario de la fiesta mesma de la Conception, por el honrado Christobal Alonso Canovigo, que Dios aya, &c.* el qual está sepultado en el Monasterio de S. Bernardo cerca desta Ciudad: partense de caridad à esta Missa mil y doscientos maravedis corrientes &c. Item, infra: *Aniversario solemne el día mas proximo de la fiesta de la Santa Conception de nuestra Señora, que fuere desocupado por el Reverendo Señor Protonotario D. Juan de Salcedo Arcediano que fue de*

Alcaraz, &c. Repartense al dicho aniversario è Missa cinco mil maravedis de moneda corriente, &c. Extat manuscr. in eadem sancta Ecclesia. Alia quamplura Kalendaria vidimus manuscripta & impressa tam Ecclesiæ Romanæ & universalis, quam particularium totius mundi, in quibus nec unum quidè invenimus sub titulo Sanctificationis, sed omnia extabant sub expressa voce *Conceptionis*: & hoc sufficit pro hac classe.

KAROLUS Sauffeyus, Aurelianensis Ecclesiæ Decanus, in libro dicto: *Annales Ecclesiæ Aurelianensis*, folio 548. de Milone Thailly, sic inquit: *Cum verò anno 1315. mortem obiisset Ludovicus Hutinus, proximè post eum excipiente Regnum Philippo Longo Francorum & Navarrorum Rege, sequenti anno 1317. Milo Conceptionis B. Virginis solemnitatem sexto Idus Decembris in posterum celebrandam instituit, accedente assensu Capituli Aurelianensis, & fundatione prima Guillelmi de Vilamodij Canonici, quam dein auxit Jacobus Flotteus Cantor ejusdem Ecclesiæ. Et hoc tempore notant Historici Joannem XXII. Papam Canturensensem Gallum, instituisse ut serò ad Campanæ pulsus ter recitaretur Angelica salutatio. Lib. impress. Parisiis 1615. in 4. & citat Martyrologium Aurelianense 8. Decemb. & Regestum rubeum.*

L.

LÆVINUS Torrentius, Episcopus Antuerpiensis, in libro: *Poëmata sacra*, multa dicit pro Deiparæ puritate in Hymnis de Partu Virginis, ex quibus hæc pauca desumo:

*Intacta Virgo nec thalamum sciens
Iugalem, & omni pura cupidine.*

Illud thalamum nesciens, vel thalamum non sciens, respicit virginitatem corporis, illud vero intacta Virgo, aliam insinuat puritatem:

*Mox flamma lustratam irradians domum
Castamque molli innoxia Virginem;
Vitamque quamvis duxerat integram
Et mente pura & corpore, &c.*

Lib. impress. Antuerpiæ 1594. in 12. regali. LAMBERTUS Benoist, Ordinis Minorum Belgæ, apposuit Appendicem ad Thesum 10. disputatam Namurci sub Comitibus Provincialibus Fratrum Minorum Recollector. anno 1661. mense Octobri, respondente Fratre Bernardino Giffon, & se Præsidente; hoc modo: Est contra inhibitiones Pij V. Gregorij XIII. Pauli V. Gregorij XV. quovis vero vel falso pretextu tuendi opinionem S. Thomæ de maculata Conceptione Beate MARIÆ Virginis, & praxim Ecclesiæ pro Immaculata Conceptione à calumnijs Hæreticorum, referre (sive ex se, sive ex alijs) motiva eiusdem S. Thomæ, quasi certiora ex Scriptura sacra, & illa conferre cum motivis contrarijs, detorquendo hæc ab Immaculata Conceptione ad solam sanctificationem post aliquam morulam, ad solam gratiarum actionem pro missione Matris Dei futuræ: & refutando tanquam frivolum responsum R. P. Suarez, quasi Anonymi; sed satis expressi relatione verborum ejus pro festo ipsius Conceptionis ut Immaculatae ex tom. 2. in 3. part. disp. 3. sect. 5. & citatione ejusdem erronea, tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 8. cum

fit caput 7. De quibus omnibus correctionem meretur R. P. & eximius M. Thomas Leonardi in suo Opere de Hominis institutione, &c. edito Bruxellis hoc anno 1661. à pag. 126. ad 134. censurans etiam calumnia R. P. nostrum Lucam Waddingum. Nec eum excusat protestatio silentii, & obediendi Censuris Ecclesie: quia agit contra hanc suam protestationem. Et pag. 127. ingeminando: Silebimus, silebimus, &c. Non enim existimamus consultum adorare quod nescimus, violat silentium, *cultumque Immaculatae Conceptionis* carpit inconsultum, & comparat cultui Samaritanorum, quibus Christus exprobrat Joan. 4. Vos adoratis quod nescitis. Neque excusari potest à præsentia necessitate redarguendi calumniam Hæreticorum: quia poterat tribus verbis respondere, nec illam S. Thomæ doctrinam, nec hanc Eccl. praxim esse de fide divina: sed illam esse meram opinionem, hanc autem moraliter certam. Cumque Hæretici contendunt nihil posse religiosè coli, nisi ex fide divina & mandato Dei; si contra eos ex professo egit, cur non convicit hoc non esse necessarium, sed sufficere certitudinem moralem ad cultum religiosum? Hæc ad litteram apud R. P. Franciscum Bonæ-Spej Carmelitam, tom. 4. Theologiæ Scholasticæ, disput. 12. de Peccato originali, dubio 5. in reflexione super Bullam Alexandri VII. fol. 224. a tergo. Impress. in charta expansa.

LAMBERTUS Campesfris, Ordinis Prædicatorum, recognovit Opus Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis in 1. Sent. dist. 44. quæst. unica, articulo 3. juxta antiquam editionem Lugdunensem, anno 1520. ubi loco citato Sanctus Doctor dicit: Potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. *Talis fuit puritas Beatæ MARIE Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit, &c.* Vide Marraccium in Notis ad S. Isidorum Thessalonicen. fol. 212.

Item, recognovit & marginalibus notationibus illustravit Pantheologiam, id est, Summam totius Theologiæ R. P. F. Reineri de Pisis ejusdem Ordinis Prædicatorum impress. Parisiensis, ut in prima Operis pagina dicitur. Et tom. 1. verb. Incarnatio, fol. 258. a tergo ad ista verba Reineri: Similiter B. Virgo in ipso instanti infusionis animæ sanctificata non fuit, &c. Lambertus talem apposuit notulam: *Auctor hic sequitur opinionem Doctorum antiquorum, qui suo tempore curabant.* Ex quibus verbis videtur, quod Lambertus contrariam opinionem sequebatur Reineri de Pisis.

LAMBERTUS van Dilsen, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanii, anno 1646. Thesi 33. de Verbi Incarnatione, hæc defendit: Decreta est Verbi divini Incarnatio post prævisum Adami peccatum; ante hoc Beata Virgo. *Cum his non pugnat ejusdem Virginis per Christi merita immunitas, etiam à debito peccati originali.* Impress. ibidem in 4.

LAMBERTUS Pevée, Ordinis Minorum Belga, scripsit inter alia, sequentia: *Gloria Immaculatae conceptæ Deiparæ Virginis MARIE* totius Ordinis Seraphici Patrone, variis S. Scripturæ locis & Chronicis adumbrata, & 23. Anagrammatibus prorsus puris ex Angelicâ Salutatione integrâ, prout ab Ecclesiâ recitanda proponitur deductis, exornata. Ave MARIA gratiâ plena, Dominus tecum, be-

nedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui JESUS. Sancta MARIA Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostræ. Amen. Sunt in supradictis verbis litteræ 159. A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. 17. 5. 8. 4. 17. 1. 1. 1. 17. 2. 8. 13. 8. 3. 13. 12. 14. 14.

ANAGRAMMATA

Ex supradictis verbis & litteris erant.

Siste Adam: ob JESUM Virgo summè tuta vincet, in acerbâ carnis ac mundi peste, ab hominum sociis purè intacta nitens à Romano Pontifice declaratur. Jure arbor vitæ sanctè virens intus claret.

CHRONICA.

1. PVLChrItVDo MARIE
2. tanDeM orbI pVbLICatVr.
3. ab aLeXanDro roMano pontifIcE
4. pVrlsI Ma DeCLaratVr.

ANAGRAMMA 2.

Super aspidem subjectum et basiliscum ambulans, vetusto morfu intacta, magnificè triumphat. Ara est verè eburna, divino candore ornatur, inter nebrôsâ Adæ nocte, ortu criminis inscia renuit.

CHRONICA.

1. DIrVM serpentis CapVt pLanta proterens. Gen. 3.
2. rVrlsI ebVrnea CanDore spLenDIDA. Cant. 7.

ANAGRAMMA 3.

Sicut lilium est inter spinas, sic amica mea inter natas Adam vocetur. Cum virtute veniat, undè Christo præservante, ab anguis obsecrati turbida ribje et mortis mucrone defensa probatur.

CHRONICA.

1. LILIVM aLbI nlorIs Inter spInas aDæ. Cant. 2.
2. eVa slne Væ MaLeDICto. Gen. 3.

ANAGRAMMA 4.

Candor est nivis æternæ, speculum sine macula, Imago bonitatis Dei purè emicans, ab Adam mortui sorte necem cruentam vincens, fortiter abstrahitur, puritatibus vivis certè abundat.

CHRONICA.

1. CanDeLabrVM Verbl æternI. Exod. 25.
2. speCVLVM DelatIs. Sap. 7.

ANAGRAMMA 5.

Bolum blandientis anguis Eva capit; Deipara charitate fortis renuit. Rubus est pomi criminis incombusus, arca Noë undis non submersa, ortu intactè aurea, sorte et nece Adami immunis creatur.

CHRONICA.

1. arCa noë DILVVlo non Merfa. Gen. 7.
2. MARIA rVbVs fLagranTe Charitate arDens.

ANAGRAMMA 6.

Sicut vellus Gedeonis cæteris ficcis imbre torridum madet; sic una munda parens natura, rursus non tacta turtur merè ac summè nivea in orbis felicitate, ab omnipotenti bonitate perfusa habetur.

CHRONICA.

1. VeLLVs GeDeonIs Imbre Largo rorans. Jud. 4.
2. tVrtVr Casta Deo aMabILLs. Cant. 2.

ANAGRAMMA 7.

Sol obviæ Lunæ nitorem, dat Christus Marti auri puri munditiem, ab agno cara creatur ne debites, domum obsecrati purissimus renuere. Nato beato recta innititur, ac sine peste facinus nescit.

CHRONICA.

1. DoMIna Vt soL VnIca. Cant. 2.
2. LVna pLena seMper fVLgIDior. Ibid.

ANAGRAMMA 8.

Sicut palma in Cades mirè sublimata, vitâ victorie virens. Sicut rosa in Jericho in amorem rubens, bo-

nam fragrantiam bene odora praebens, tota purè munda nitet, sanctè dives est, cursu tuto venit.

CHRONICA.

- 1. Ma In Ca Des eXor lens. *Ecclesi. 24.*
- 2. Dorrosa aMtena eXhaLans è IeriCho. *Ibid.*

ANAGRAMMA 9.

En pulchri sunt gressus tui filia principis, tu à casuum ac mortis discriminibus omnibus remota: tu ab aeterno roborata et merè beata tuto incedis; unde te naturae niveae sanctè mirandam cerno.

CHRONICA.

- 1. MoLa genVina Deo prInClpl filIa. *Gen. 7.*
- 2. Virgo pArCLara Manè aDIVta. *Psal. 45.*

ANAGRAMMA 10.

Uterque conclusus soror mea sponsa, et fons benedictione mirè signatus, divinà Nati cari virtute ab orci rapacibus manibus liberetur; manet in Adam verè dicta pura, ac summè intemeratè nitet.

CHRONICA.

- 1. opes aMcentz hortl aD fVres CLaVsI. *Cant. 4.*
- 2. pens CLarVs ab oMnIpotente Deo slgnatVs. *Ib.*

ANAGRAMMA 11.

Ab ore Altissimi prodivit primogenita ante omnem creaturam. Christi Nati beneficentià obumbrat, ornatu casus Adam puro vestitur; unde sicut novo carens, dives manens te crescens jubilat.

CHRONICA.

- 1. rhoron Vs sanCtVs DeI saLoMonIs. *3. Reg. 10.*
- 2. DiMVs pArparata ChrIsto saLVatorI. *1. Paral. 18.*

ANAGRAMMA 12.

Tota pulchra es amica mea et macula non est in te: tu immunis vincens superbi caput conteris: tu regum Adam cum Nato mirè abradis: tu turris tota ebulliens, in robore Jesu ad inimico defenderis.

CHRONICA.

- 1. tota pVLChra est, tota DIVIna, tota forMosa.
- 2. ParaDIsVs pVLCherrIma. *Cant. 4.*

ANAGRAMMA 13.

Tu ab ortu Immaculatè nivea parens, ruinà mundè et originali peccato carens, tu mente summè bona, virtutibus et corde sancto bene admiranda; fractas serpentis hostis vires mirè invicta obruis.

CHRONICA.

- 1. Vtota nItlDa ante soLeM ConfVrgens. *Cant. 6.*
- 2. Deo Vero reCLInatorI VM. *Cant. 3.*

ANAGRAMMA 14.

Creavit eam in Spiritu Sancto, nive orta est, omnibus lucidior, ab aeterni fontis sanè purissimi charitate mundè creata, victum superbum terens nec à damnata maculà fordens, orbi gratè obvenit.

CHRONICA.

- 1. nVbes DIeI atrIs In tenebrIs CLarIsIma. *Pf. 77.*
- 2. non forDens MaCVLâ orbi gratè obVenIt.

ANAGRAMMA 15.

Sicut oliva speciosa in campis abundante charitatis pinguedine imbuta est, mirè emanans formatur velut iubar munditiae venustè micans, nocte et forde carens, orbi terrarum sanctè oboritur.

CHRONICA.

- 1. VnI olIVa De CaMpo. *Ecclesi. 24.*
- 2. sArDo CoeLlVs IMbVta. *Cant. 1.*

ANAGRAMMA 16.

Alta orci omnes necè miserà, Adami crimine cadens, sed Deipara nostra fortior omnibus bestiam vincens, sine casu per Natum tuto bajulatur; hinc ortu casta est, bravium tenet, bene privilegiatur.

CHRONICA.

- 1. MaLaVt aCles orDInata hostI terrIbLIIs. *Gen. 6.*

- 2. IVDIth forIs MaLIgnI pernICies. *Iudith. 13.*

ANAGRAMMA 17.

Fundamenta ejus in montibus sanctis ab orci vento abominando et diris tempestatibus inconcussa praeservantur: verè munda, horribili maculà caret, vità certè emicat et purissimè generatur.

CHRONICA.

- 1. sVper aLtos ChrIsti Montes fVnData. *Psal. 86.*
- 2. oLorlosa DeI regl oMnIpotentIs CIVItas. *Ibid.*

ANAGRAMMA 18.

Carnis criminibus Virgo nobilis caret et absorptam mortem in victoria ut intemerata superat, vadet Nato suo sublimis adhaerens, nec noctu cadens, una venit verè, purè et mundissimè fabricata.

CHRONICA.

- 1. arCa pVra è Ligno setIm tota DeaVrata. *Exod. 25.*
- 2. nato aDIVtorI VM pLaCens. *Gen. 2.*

ANAGRAMMA 19.

En amica mea, columba mea, immaculata mea; puritatibus nitentibus formatur, nec ab horrenda pestis tabe ruens perditur, sine necè originis, five vetustis ruinis, corde intacto durans coronatur.

CHRONICA.

- 1. CoLVMba DIVIna. *Cant. 2.*
- 2. aLtare DeaVratVM InCensI. *Exod. 25.*

ANAGRAMMA 20.

En clara verbi tuba et buccina per anguem non inflatur. Ista orbis decus creditur, Deitatis hospitium Adam carnei miseriam nescit, uno Nato summo beata, sanctè, ornate, venustè, purissimè oritur.

CHRONICA.

- 1. orbIs nostrI DeCVs In aLtlssImIs habitAs. *Ecclesi. 24.*
- 2. tabernaCVLVM DeItatIs. *Psal. 45.*

ANAGRAMMA 21.

Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob: bene enim creduntur mirè purissimae ac à virtute rectae, hosti mature et accurate obferantur.

CHRONICA.

- 1. IanVa aD orienteM CLaVsa. *Ezech. 44. (13.)*
- 2. CoLVMIna IgnIs tenebras De orbe fVgans. *Exod.*

ANAGRAMMA 22.

En una certè cum Nato verè, summè venusta, sanctè ac merè chara formata est; Angelicis potestatibus sublimior manet; nivibus candidior patet; sideribus nitentior ardet; unionibus purior micat.

CHRONICA.

- 1. CeDrVs sVpreMa LIbanI. *Ecclesi. 24.*
- 2. MIrrha eLcCta sVaVter oDora. *Ibid.*

ANAGRAMMA 23.

Cantate Domino canticum novum, mirabilia fecit, potenter salvavit sibi ab origine creandam, manus ejus et brachium sanctum ejus peste et fordibus carens oritur et sana donatur.

CHRONICA.

- 1. Veste DeaVrata regaLlter aMlCta. *Psal. 45.*
- 2. DIlata noVItas sVper terraM faCta. *Ierem. 31.*

Item: Canticum Anagrammaticum Marianum Immaculatum, cujus singuli versus Anagramma prorsus purum de Immaculata Conceptione Deiparae continet ex integrâ Salutatione Angelicâ erutum.

¶. 1. ANAGRAMMATICVS.

Magnificat anima mea Dominum: nam ipse me corde puro sanctè rutilanti ornans à labe carnis praeservavit, nec victor robustus deseruit ab hostibus terrae nocentibus victis re evidenti tutam.

CHRONICON.

- ego Virgo nIgra, seD pVLChrè forMosa. *Cant. 1.*

Y. 2. ANAGRAMMATICVS.

Subsiliit spiritus meus in Deo salutari meo: nam ipse cunctorum in morbo medicus, ab atra turbæ ægritudine mihi præservator est, una Nato vincente nitens eructata, sanctè ac mundè fabricor.

CHRONICON.

ego pLatanVs MlStlCa prope aqVas fronDens.

Y. 3. ANAGRAMMATICVS.

Fecit enim mihi magna si potens est, ac sanctum nomen eius: nam ob sanctitatem domus auro pura ei debetur, potentia absolute dabit, sic in diris ruinis turtur verè falua, ac re eburna carni eructor.

CHRONICON.

ego fLorIDVs fLorIs thaLaMVs. Cant. 1.

Y. 4. ANAGRAMMATICVS.

Ab instanti primo Conceptionis vidit humilitatem famulae suae, turtur cara viribus sacris stans atrum virus nescio: ecce inde ab ortu merè puro abundanter beatam dicent omnes generationes,

CHRONICON.

ego aroMarCa è Deferto VirgVLa. Cant. 3.

Y. 5. ANAGRAMMATICVS.

Et misericordia ejus à progenie in caeteras rectis timentibus eum; unde multò amplius ac sanctius in me Matre virtus pura habebitur; non dubitabis Nato nitens fundor, ac ornata casta creor.

CHRONICON.

ego aqVa Vitae De Libano DesCenDens. Cant. 4.

Y. 6. ANAGRAMMATICVS.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbum mente cordis sui, ac mente cordis mei; nam ab eo natura matris virtutibus verè diva labem salvata vincens, ac ignorans, ornata nitente creatur.

CHRONICON.

ego aManDa ChrIstI foror parVVLa. Cant. 8.

Y. 7. ANAGRAMMATICVS.

Deposuit potentes de sede et sublimavit humilem ab instanti originis: nam sibi de me nascituro Matrem è naturà bonà puram fecit, nec sub carne ac orco stravit: turtur sacra, cara, vivens invenior.

CHRONICON.

ego CoLVMna nVbIs per Dles. Exod. 13.

Y. 8. ANAGRAMMATICVS.

Esurientes replevit bonis ac divites dimisit inanes; non me emittens hosti vacuum ac inanem: sed bonis grandibus ab ortu replevit, purè orta facror, ab istà morte cum naturà rectà futura vincam.

CHRONICON. (Exod. 16.

ego InVloLata fœDerIs arCa MlsterIs referta.

Y. 9. ANAGRAMMATICVS.

Suscepit Israël puerum suum recordatus misericordiae suae, ab eo Redemptoris Matrem nivibus albensibus ac nitentibus nitidiorum creans, hinc una Nato formante tuta ac vincenii nota grata.

CHRONICON. (Gen. 47.

ego terra saCerDotaLIs trlbVtVM non præbens.

Y. 10. ANAGRAMMATICVS.

Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham et femini ejus in saecula, puritatem meam orbi et nocti prædicens; ab omnibus enim Vatibus in terreni carne, ornata gratè munda invictè futura dicor.

CHRONICON.

ego InCensVM Vitæ reDoLeo. Levit. 16.

Y. EPILOGVS ANAGRAMMATICVS.

Gloria Patri me natam, Filio Matrem, Spiritui Sancto Sponsam, Trinitati ceu sacrarium nitoribus ab ortu sanctè ornantibus creati: sum decus verè, rectè, abundè, mundè, nivè, divè, ab hoste cavens.

CHRONICON.

ego tabernaCVLVM DelatIs. Psal. 47.

Item: Coiona Mariana Stellarum 12. totidem Anagrammatibus prorsus puris in facrorum Immaculatè Conceptæ Deiparæ Virginis MARIÆ, totius Ordinis Seraphici Patronæ, et Angelicè salutatione integræ, prout ab Ecclesiâ recitanda proponitur, deductis, exornata de variis Chronicis ex Scripturâ sacrâ illustrata.

Salutatio Angelica.

AveMARIÆ gratiâ plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui JESUS. SanctaMARIAMater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in horâ mortis nostræ. Amen. Sunt in supradictis verbis litteræ hoc numero 17. 5. 8. 4. 17. 1. 1. 1. 17. 2. 8. 13. 8. 3. 13. 17. 4.

Anagrammata ex integrâ salutatione Angelicè eruta de Immaculata Conceptione.

In capite ejus corona Stellarum duodecim. Apoc. cap. 12.

ANAGRAMMA I.

Stella 1. Siste Adam: ob JESUM Virgo summe tua vincet, in acerbâ carnis ac mundi peste ab horum sordibus purè intacta nitens à Romano Pontifice declaratur. Jure arbor vitæ sanctè vitens intus claret.

CHRONICA.

1. pVLCrIeVDo MARIÆ 2. tanDeMerb pVbLICatVr 3. abALeXanDroRomano roudiCe 4. pVrIsIma DeCLaratVr.

ANAGRAMMA II.

Stella 2. Sicut lilium est inter spinas, sic amica mea inter natas Adam vocetur. Cum virtute venit, unde Christo præservante ab anguis obcaecatur, bidâ rabie, et mortis mucrone omnimò defensa probatur.

CHRONICA.

1. LILIVM aLbI nltorIs Inter spInas aDz. q. 1. 2. eVâ slne Vae MaLeDICto. Gen. 3.

ANAGRAMMA III.

Stella 3. Bolum blandientis anguis Eva capite Deipara charitate fortis renuit. Rubus est potius ermine incombustus. Arca Noë undis non submersa. Ortu intactè aurea, sorte et necce Adam munis creatur.

CHRONICA. (Gen. 1.

1. MARIÆ rVbVs fLagranTe Charitate arDens. 2. arCa noë DILVV lo non MerIs. Gen. 7.

ANAGRAMMA IV.

Stella 4. Candor est nivis aeternae, speculum sine maculâ et imago bonitatis Dei purè emittens ab Adam mortui sorte necem cruentam vincens, fortior abstrahitur, puritatis vivis certè abundat.

CHRONICA.

1. speCVLVM DelatIs. Sap. 7. 2. CanDeLabrVM Verbl æternI. Exod. 25.

ANAGRAMMA V.

Stella 5. Sicut vellus Gedeonis caeteris siccis imbecoridum mader, sic una munda parens, natura, ruinâ non tacta turtur merè ac lumme nivea in orbis siccitate, ab omnipotentè bonitate perfusa habetur.

CHRONICA.

1. VeLLVs GeDeonIs IMbre Largo rorans. Jud. 4. 2. tVrtVr Casta Deo aMablIs. Cant. 2.

ANAGRAMMA.

Stella 6. Sol obviae lunae nitorem dat Christus Mariæ

tri anni puri munditiam, ab agno cara creatur ne dubites, domum obfcaenam purissimus renueret. Nato beato recta innitur, ac sine peste facinus nocet.

CHRONICA.

- 1. DoMiNa Vt IoL VniCa. Cant. 2.
- 2. LVna pLena seMper fVLgIDior. *Ibid.*

ANAGRAMMA VII.

Stella 7. Sicut palma in Cades mirè sublimata vità viridice virens. Sicut rosa in Jericho in amorem rubens, bonam fragrantiam bene odora praebens, tota purè munda nitet, sanctè dives est, cur- sa tuto venit.

CHRONICA.

- 1. MaIn CaDes eXorIens. *Ecdes. 24.*
- 2. oDor rosae aMcena cXhaLans è IerICho. *Ibid.*

ANAGRAMMA VIII.

Stella 8. Ut hortus conclusus soror mea sponsa, et fons benedictione mirè signatus, divina Nati caro vitare ab orci rapacibus manibus liberetur, mar- tet in Adam verè dicta pura ac summè inteme- ratè nitet.

CHRONICA.

- 1. aMoriVs DeLIClarVM. *Cant. 4.*
- 2. oMni CLarVs ab oMniPotente Deo signatVs. *Ib.*

ANAGRAMMA IX.

Stella 9. Ab ore Alissimi prodit primogenita an- te omnem creaturam. Christi nati beneficià obambatur, ornatu casus Adam puro vestitur, unde sicut naevo carens, dives manens et cres- cens jubilat.

CHRONICA.

- 1. thronVs sanCtVs DeI faLoMonIs. *3. Reg. 10.*
- 2. DoMVs preparata ChIrIsto faLVatorI. *1. Par. 28.*

ANAGRAMMA X.

Stella 10. Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te. Tu in ruinis vincens superbi caput con- toris. Tu rugam Adam cum Nato mirè abradis. Tu turris tota eburnea ftes, in robore Jesu ab ini- mico defenderis.

CHRONICA.

- 1. tota VLChra est, tota DIVIna, tota forMosa.
- 2. VnIc ebVrnea CanDore spLENDIDA. *Cant. 7.*

ANAGRAMMA XI.

Stella 11. Fundamenta ejus in montibus sanctis ab orci venio abominando, et diris tempestatibus innocuella praeservantur: verè munda horribi- li macula caret, vità certè emicat et purissimè generatur.

CHRONICA.

- 1. oLosoLo DeI regIs oMniPotentIs CIVItas
- 2. Vper aLtos ChIrIstI Montes fVnData. *Psal. 86.*

ANAGRAMMA XII.

Stella 12. In capite ejus corona stellarum duodecim, nam caput seu initium vitae ipsius ab astris ac si- deribus micantibus bene coronatur, è terra mun- dè factum est, regnat, amore ab intra nitens ho- noratur.

CHRONICA.

- 1. Virgo Capite astrIs reDIMItò nobILLs.
- 2. regina peDe gLorioso LVnaM fVppLantans.

Apoc. 12. Habemus manus scripta apud nos, in 4. LANDULPHUS Neapolitanus Archiepis- copus, Ordinis Minorum, in 3. Sent. dist. 3. do- cuit praeservationem Virginis à peccato originali, ut re- fert Salaz. sect. 14. Leon, class. 9. & alij. Euseb. lib. Except. fol. 59. Sed praecipuè Joannes Vita- tis in Defensorio, lib. 4. ancil. 7. Pistoia, fol. 158.

LANDULPHUS de Saxonia, Ordinis Car- thusianorum, in libro dicto: Vita Christi, cap. 2. de Inventionem remedij pro salute generis hu- mani, & de Nativitate Virginis MARIE, fol. 8. inquit: Nec fuit ista Virgo subito & casu in- ventas sed ab aeterno praedestinata. Unde Damascene Ipsa Dei Genitrix ab aeterno etiam privilegio tem- pore Dei consilio praedeterminata, & diversis ima- ginationibus & sanctificationibus Propheta- rum per Spiritum Sanctum praemaginata & praed- icata fuit, &c. Et infra: Eandemque Angelus nuntiavit Annae, motuque Angelico ambo ascen- derunt in Hierusalem, & debitas gratias Domino persolventes in templo, regressi sunt ad propria. Concepitque Anna & peperit filiam, quam voca- vit MARIAM: ab originali autem quodam privilegio sin- gulari in matris utero purgata fuit, &c. Ad marginem autem habet haec verba: MARIA purgata sed magis praeservata asseritur ab originali culpa. Item infra: Considera hic attentè virtutes & mores Virginis MARIE, & pro posse tuo etià imitari stude. De MA- RIE Conceptione & sanctificatione est sciendum, quòd cum Deus humanam naturam allumere decrevis- set; congruum fuit, ut Matrem de qua nasceretur, praemitteret, &c. Ipsa etiam praefigurata fuit per fontem signatum in horto concluso positum: quia eam conclusam in utero matris Spiritus Sanctus sanctificavit, & sigillo sanctae Trinitatis sic conclusit & sig- navit; quòd in eam nunquam aliquid coinquatum inva- dit, &c. Item, c. 42. fol. 140. explicans illud dictum Centurioni: Non inveni tantam fidem in Israel, inquit: Inveni enim in antiquis majorem, ut in Abraham, Isaac & Jacob & aliis pluribus Patriar- chis & Prophetis, qui fuerunt fidei nostrae prin- cipium: excipitur autem semper Beata Virgo, cum de me- ritis vel peccatis sit mentio, &c. Ex his colligi potest, quo fundamento citent Landulphum Adversarij pro sua sententia, de quo aliàs latè in nostro Ar- mamentario Angelico. Lib. impr. Venetijs 1516. & 1568. & 1604. in 4. Et Lugduni 1519. in fol. & Italicè Ferrariae 1586. in 4. & 1522. in 4. & Pari- sijs 1529. in 8. regali.

LAUREANUS de Morales, Poëta Hispanus, scripsit Cationem seu Sonetum de Immaculata Virginis Conceptione pro Scoto. Extat cum alijs im- press. Granatae 1651. fol. 226.

LAURENTIA Stroza, Monialis Ordinis San- cti Dominici in Monasterio B. Nicolai de Prato, in libro cujus titulus est: In singula totius anni solemnia Hymni, folio 96. adducit in Concep- tionem Beatae MARIE Virginis eo metro quo laude digna, &c. Hymnum, ubi inquit:

*Templum & arca sunt figure Virginis sanctissima,
Quae fulget intus auro puritatis maxima,
Labe pulsa originalis imbre sancto criminis,
Festa cujus turba credens nunc colit dignissima.*

Lib. impress. Florentiae 1588. in 8.
LAURENTIUS de Alcozer, Poëta Hispanus, scripsit Carmina de illibata Conceptione Dei Matris MARIE, & extant apud Didac. Cano de Concept. folio 80.

LAURENTIUS de Aponte, Ordinis Clerico- rum Regularium Italus, in Sapiientiam Salomonis Commentariis, c. 1. n. 4. in expositione ad litteram Homilia 6. fol. 28. asserit: Quòd Virgo MARIA fuit praeservata ab originali peccato, &c. Et ibidem, fol. 34. digress. 2. inquit: Vtrum desiniri possit de fide, Vir-

ginem sanctissimam conceptam sine peccato originali? Quam quaestionem tractat late, à fol. 34. usque 61. sub his §§. An hæc quaestio in se dignitatem habeat definitionis? Utrum Ecclesia sancta possit hanc veritatem in favorem Conceptionis Immaculatae definire? Et adductis fundamentis, inquit: An prædicta fundamenta ita sint disposita, ut nullo alio spectato medio possit de facto ad definitionem Sanctissima Dei procedere Ecclesia? Ac tandem: An expediat & conveniat, quamprimum ad definitionem sanctissimam accedat Pontifex? Lib. impress. Parisiis 1629. in folio.

LAURENTIUS de la Barre Gallus, in Historia Christiana veterum Patrum edi curavit de Conceptione sanctissimæ Virginis MARIE Genitricis Dei & Domini nostri IESU CHRISTI Kalendam & adnotationem Uluardi & Molani. Impress. Parisiis, anno 1583. in folio.

LAURENTIUS van Beneden, Licentiatum Juris Belga, in libello: Vita gloriosæ mulieris Annæ Flandricæ, cap. 24. Quomodo Sancta Anna conceperit benedictam Virginem MARIAM, &c. fol. 176. sic ait: Quinta margarita, quæ mirabile hujus Virginis Conceptionis fundamentum mirè respicendæ, est quod circumdata fuerit multis virtutum margaritis, in quibus concepta est sine peccato originali; id enim quod S. Augustinus de Angelis asserit, videlicet Deum illos creasse cum bona voluntate, id est, cum pura charitate, quæ ipsi adhererent, simul ipsorum creans naturam & gratiam infundens: id admodum verum est de benedicta Virgine, quam Deus creavit cum recta voluntate, atque adhaerente charitate, ejus naturam creans & unâ gratiam infundens, ex singulari privilegio Matri Dei conveniente, &c. Impress. Bruxellis anno 1628.

LAURENTIUS Benedictus, Presbyter Flander, in Historia Hispanica de Miraculis Domine nostræ de Laeken prope Bruxellas, in Dedicatoria inquit: La gloriosa Madre de Dios es Reina de los cielos y de la tierra, à la qual David en spiritu tanto tiempo antes, à la derecha mano de su hijo profetizó, como si la viera, diciendo Psalm. 44. La Reina estuvo à vuestro derecho lado en habito dorado, con muchedumbre de ornato, &c. Lib. impress. Bruxellis 1635. in 8. Hæc verba non expriment mysterium Conceptionis, possunt tamen adaptari: quia si prævita à dextris Filii, ergo nihil habuit sinistri: non enim diceretur semper à dextris, si fuisset saltem per aliquod instans in peccato; vel si (mavis) expungatur.

LAURENTIUS Beyerlinck Antuerpiensis, in Promptuario morali super Evangelia festorum totius anni, in festo Nativitatis B. Virginis fol. 380. sic inquit: Concepta namque eo mense Virgo benedicta, quo Filium enixa est, octavo scilicet Decembris die, quando exclusa originalis peccati labe, à quo Matrem præservare, eique primo Conceptionis instanti sanctificationis prærogativam excellentius, quam Joanni Baptiste largiri Deus potuit & voluit, &c. Impress. Coloniae 1613. & 1614. in 8.

Item, in libro: Theatrum vitæ humanae, tom. 5. verb. MARIA, de festivitate Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE s. unum. Impress. Coloniae 1631. in folio.

LAURENTIUS Bochellus Crespiensis Valesij Gallus, in libro: Decretorum Ecclesie Gallicanæ ex Concilio ejusdem Occumenico,

Statutis Synodalibus, &c. cap. 12. de Felicitate & veneratione Sanctorum, ex Synodalibus Ecclesie Rhemenfis adducit festum Conceptionis Beatæ MARIE Virginis. Et cap. 13. ex Synodo Galeni & Simonis Legatorum: Conceptionem autem S. MARIE hodie de mandato sedis Apostolicæ celebratur. Et capite 51. folio, 587. Joannes Durbouise Lingonen. Episcopus in Synodali 1491. Singulis annis festa & solemnitates Conceptionis & Annuntiationis Dominicæ in honorem dicte gloriosissimæ Virginis solemniter celebrent, & celebrari faciant diebus quibus prædicta festa occurrunt, unâ cum octavis, prout & quædam admodum in festis seu solemnitatibus Assumptionis & Nativitatis ipsius Virginis MARIE ab antiquo ferri consuevit. Parisiis 1609.

LAURENTIUS Calcaneus, Doctor Bolognensis, scripsit Tractatum pro Immaculata Virgine Conceptione, ut refert Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. ad annum 1458. sed quo fundamento, ipse videat: nam Vincentius Bandecius ipsum citat, & adducit expressa verba pro contraria sententia per integras columnas. Audire istum quaesivi Romæ & Brixie summâ diligentia, sed illum invenire minimè potui.

LAURENTIUS de Careamo, Ordinis Carmelitarum, natione Hispanus, scripsit de Conceptione Immaculata Beatæ Virginis Sermonem unum. Impress. Panormi 1637. in 4.

LAURENTIUS Cardusius, Ordinis Minorum Lucensis, scripsit duos Tomos sub titulo: Villa Regia MARIE Virginis, in quibus agit de Immaculata eiusdem Deiparæ Conceptione. Impress. Venetijs 1630. ut testatur Marrac. in Catalogo Marian. & in Bibliotheca, fol. 14.

LAURENTIUS Chiffletius, Societatis Jesu Belga, in Summario Coronæ Rosarij, &c. folio 10. Quod Virgo MARIA processit ex Matre & Anna absque peccato originali. Impress. Bruxellis, anno 1640. in 12.

Item, in officio & actis S. Joseph agit de festivitate Conceptionis, &c. in principio. Lib. impress. Bruxellis 1641. in 12.

Item, in libro cuius titulus est Hispanice Tres exercitios spirituales muy devotos de la invocacion de la Virgen Santissima, de la Corona de la misma Virgen, y del Santissimo Sacramento, de preservacione Virginis à peccato originali, & Immaculatae Conceptionis folio 81. & 90. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1653. in 8.

Item, in libro: Idea præcipuorum affectionum ad invocandam Dei ac misericordie Matrem, folio 84. agit de purissima Conceptione. Et folio 85. num. 9. sic inquit: Concepta citra omnimodam labe. Impress. 1650. in 24.

LAURENTIUS Chrysogonus, Dalmata Societatis Jesu, in libro: MARIA Speculum mundi celestis, sive Mundus Marianus, discurs. 3. num. 1. folio 83. Quod in instanti Conceptionis clare divinitus sententiam est contemplata. Item, pro Immaculata Virgine Conceptione adducit sparsim multa per totum librum, quæ transcribere difficile esset. Vide verba MARIE puritas & MARIE Conceptio, &c. Lib. impress. Patavij 1651. in folio.

LAURENTIUS Cundi Italus, in solemnitate Conceptionis Beatæ MARIE Virginis adducit remissionem ad festum Nativitatis, in Biblioth. Homiliarum, tom. 4. Imp. Lugduni 1588. in fol. LAU

LAURENTIUS Cuperus, Ordinis Carmelitarum Germanus, edidit Librum sub hoc titulo: Genealogia vitæ Beatæ Annæ Christi Servatoris nostri Avæ maternæ, ex optimis & vetustissimis Ecclesiæ Doctoribus studiosè collecta, &c. ubi plura invenies de ortu **MARIÆ**, & præcipuè folio 15. de festo Conceptionis celebrato apud Græcos die 9. Decembris. Vide etiam fol. 49. & 53. Item, ad finem libri folio 166. in Serto rosaceo piarum precum ad Deum Patrem, Deique Parentem **MARIAM** & hujus sanctam matrem **ANNAM** inquit: O sancta mater Anna, tu es illa convallis, in qua Joseph ubi inermis concepta est filia tua à spiritibus omnino peccatorum libera, sicut Deus confert castanea ut inermis spiritus nascatur à spiritibus immunis, &c. Lib. impress. Antwerpæ 1551. in 16.

LAURENTIUS Guilielmus de Traversagnis Ligur, Ordinis Minorum, in libro de Pudicitia Beatæ Virginis **MARIÆ** metricè, agit de ejus Immaculata Conceptione, ut refert Antonius Daza libro de Concep. cap. 6 folio 49. De Auctore & Opere mentionem facit Waddingus, folio 234.

LAURENTIUS Gutierrez, Ordinis Prædicatorum Hispanus, vespertinæ Cathedræ in Compitiæ Academia Moderator, in festo Incarnationis Verbi divini, ubi plura de Immaculata Virginis Conceptione, Sermonem unum impress. Matriti anno 1618. in 4. & prædicatum coram Rege die 25. Martij 1618.

Item, de Conceptione Immaculata Virginis Sermonem unum. Salmanticæ 1619. in 4.

Item, scripsit cum alijs Patribus Epistolam pro Immaculata Virginis Conceptione; ut videre est apud Euseb. de Exception. folio 416.

LAURENTIUS Gratian, Doctor Hispanus, in libro: Arte de ingenio y tratado de la agudeza, discor. 4. folio 9. tractans illa verba: Ecce Ancilla Domini, nomine cujusdam Anonymi inquit: Por quanto quando havia de ser esclava de la culpa en su Concepcion purissima, y la gracia la hizo Reyna hoy en su Annunciacion quando havia de ser Reyna, la humildad la hace esclava. Item, infra cum Sancto Joanne Damasceno inquit: El Padre es Joachin, que significa præparacion de la Madre Anna, que es gracia: preparacion y gracia; luego **MARIÀ** fue concebida con circunstancias, con privilegios de Sacramento: esto mas fue conculgida lanataleza, que concebirla. Item, cap. 8. folio 26. **MARIÀ** tantissima fue estrella de mar, id est el nocte, porque no conosco ocafo de culpa. Item, c. 17. ad illa verba: Ego ex ore Altissimi prodivi, inquit: Esta gran Reyna se dice haver salido de la boca del Altissimo; porque si la boca del mismo Dios pudiese pedir, ella era à pedir de boca del mismo Dios. Tan lejos estuvo de salir de la gula de los primeros padres, &c. Vide fol. 103. Imp. 1642. in 8.

LAURENTIUS Guardiola Valentinus, Ordinis Minorum Lector bis Jubilatus, & Provincialis Valentis Provincialis Hispanus, edidit Conceptionem sub hoc titulo: Sermon de la purissima Concepcion de la Virgen santissima, predicado en las grandiosas fiestas, que en su dia le hacen sus devotissimos Capellanes del clero de la noble, y leal Villa de Onriniente. Impress. Valentis 1644. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

LAURENTIUS Haas, Ordinis Minorum Belgæ, scripsit Librum sub hoc titulo: Privata Poëticaque ad Capitolium Legatio pro gloria

ssima Dei Matris Immaculata Conceptione, inscripta Illustrissimis Brabantia Ordinibus. Impress. Antwerpæ 1660. in 4.

Item, scripsit Carmina sub hoc titulo: R. Admodum P. Petro de Alva & Astorga S. Theologiæ Lectori Jubilato, nec non olim in Curia Romana Procuratori Generali, subtilissimis Lucubrationibus & infatigabili studio Immaculatam Dei Genitricis Conceptionem elucidanti, Imaginem ejus ipsius inventu virgam mysticam Isaia 11. exprimentem, decantatam Kalendis Januarij, &c. Explicat perpulchrè imaginem Nodi indissolubilis. Impress. Lovanij 1663. in charta expansa, & in principio Nodi indissolubilis secundæ impressiois eodem anno Bruxellis.

LAURENTIUS Loyetus, Ordinis Prædicatorum Italus, edidit Libellum sub hoc titulo: Rosario del santissimo nome de Giesu, diviso en quatro parti, &c. In toto libro nihil habet pro Conceptione vel Sanctificatione Virginis **MARIÆ**; sed fol. 1. depicta imagine Jesu cum Rosario in manu sua inter **MARIAM** & Josephum, sunt hæc verba manuscripta: *IESVS natus ex intacta pro-fusque Immaculatissima Virgine **MARIÀ***. Lib. impress. Neapoli 1629. in 12. Extat in Biblioth. D. D. Antonij Leon Matriti.

LAURENTIUS Lupus, Ordinis Minorum Hispanus, in Compendio Rubricarum Breviarj & Missalis Romani, cap. 19. folio 42. agit de recitatione officij Conceptionis Virginis **MARIÆ**. Lib. impress. Matriti 1632. in 8.

LAURENTIUS Mafforillus, Ordinis Minorum Italus, Poëta insignis, in libro sacrorum Hymnorum, in ordine undecimo, sub titulo: De Immaculata Conceptione Virginis, sic inquit:

*Ornatam teneros animam inspiravit in artus,
Nec tamen antiquam contraxit origine noxam, &c.*

Lib. impress. Fulginæ 1548. in 4.
LAURENTIUS Maffellus seu Mazelus, Societatis Jesu Italus, in libro de Vita Beatissimæ Virginis Matris Dei, libro 1. cap. 5. tractat de gratijs concessis Virgini in instanti suæ purissimæ Conceptionis, ad illud: Multæ filia congregaverunt, &c. à folio 25. usque 28. Lib. impress. Venetijs 1610. in 4. & 1606. etiam in 4.

LAURENTIUS Miravellus Italus, edidit de Conceptione Beatissimæ Virginis **MARIÆ** Discursus sive Sermones. Impress. Romæ 1652. in 4. regali.

LAURENTIUS Opimus, Ordinis Servorum Bononiensis Italus, in 3. Sentent. dist. 3. quæst. 1. circa materiam de peccato originali: Utrum de factò Virginis caro à parentibus genita, fuerit concepta in aliqua deformitate vel originali culpa? Ponit has propositiones: 1. Propositio: Purissima caro Beatæ Virginis non fuit sanctificata in principio sue originis. 2. Propositio: Actus matrimonialis, quo Virginis caro à parentibus concepta fuit, fuit meritorius, & nullo modo demeritorius. 3. Propositio: Si Virginis caro aliqua viâ imaginandi fuerit genita in originali culpa, majus malum sibi correspondisset, quàm si æternaliter damnata fuisset pœnâ damni. 1. Conclusio: Beata Virgo in instanti infusionis animæ ad carnem fuit verè sanctificata ex aliquo supernaturali dono. 2. Conclusio: Si Beata Virgo in peccato originali fuisset genita, perfectissimo innocentia & charitatis dono non fuisset decorata. 3. Conclusio: De factò Virginis caro à parentibus genita, in aliqua deformitate vel peccato non fuit concepta, &c. Deinde adducit Quæst. 3. colla-

collateralem sic: Utrum, si Beata Virgo sine peccato originali fuerit genita, remanserit tamen in ea fomes peccati, vel num à fomite fuerit purgata? Et respondet, quod non habuit fomitem. Item, Quæst. 4. collateral. Utrum, si Beata Virgo fuerit sine peccato originali genita, propter hoc adæquaverit Conceptionem Christi? Et respondet, quod non. Item, Quæst. 2. Utrum, concessio quod Beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali, Christus potuerit de ipsa incarnari? ponit sequentes Propositiones. 1. Propositionio: Deus potuit suam sanctissimam Matrem præservare à fomite originali. 2. Propositionio: Etsi Beata Virgo in femine posset dici fuisse maculata, non tamen sequitur, quod à macula peccati originalis non fuerit præservata. 3. Propositionio: Potest dici, quod Beata Virgo fuit reconciliata, etiamsi à peccato originali fuit præservata. 1. Conclusio: Præservatio ab omni originali peccato non tollit mediationem vel redemptionem respectu Virginis. 2. Conclusio: Deus animam gloriosam Virginis Matris suæ servavit ab omni macula insufficientis mortalis culpæ. 3. Conclusio: Concesso, quod Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, Christus potuit de ipsa incarnari. Lib. impress. Parisiis 1532. in folio.

L. AURENTIUS de Portel, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Responiones contra quasdam Propositiones cujusdam Doctoris Gasparis Ram circa Conceptionem Matris Deiparæ, in libro Responionum moralium part. 2. cas. 2. à fol. 533. usque ad 594. Impress. Turnoni 1633. in 8. regali. Habeo integrum manuscriptum ex proprio suo caractere & nomine in folio, & incipit *Supradictus Auctor præcedentes omnes propositiones, &c.* Item, ibidem: Dubia circa Officium Conceptionis Deiparæ, quod incipit: Sicut liliū, casum alterum, par. 3. casu 27. à folio 777. usque 783. Ibidem impress. Item, in libro Dubiorum Regularium verb. *Conceptio Deiparæ MARIÆ*, plura adducit pro Immaculata Virginis Conceptione, voto & juramento defendendi prædictum mysterium. Item, verb. *Hæresis, circa diffinitionem mysterii Immaculatae Conceptionis* dubium alterum. Item, verb. *Interdictum, secundum suam citationem, agit etiam de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Lugduni 1630. in 8. regali.

L. AURENTIUS Ramirez de Prado Hispanus, & in supremo Senatu Regis Consiliarius, refert devotionem, quam habebat Bernardus Tolletanus Archiepiscopus ad Immaculatam Virginis Conceptionem; quam prædicavit in Hispania Sanctus Jacobus, & incepit ab Apostolis in Concilio decernentibus. Ita in Chronicon Juliani Tolletani Scriptoris, n. 697. Item, in Adversarijs, n. 395. Quod sit traditio ab Apostolis in Concilio congregatis Beatam Virginem MARIAM ab originali peccato fuisse immunem, &c. ubi supra. Impress. Parisiis 1628.

Item, ad Chronicon Luitprandi, ara 714. anno verò Christi 676. num. 131. ad illa verba: Et consecrata ejusdem Virginis Immaculatae Conceptioni, quam omnes Apostoli prædicarunt, fol. 359. agit de festivitate Immaculatae Conceptionis, ac de ejus antiquitate in Hispania à tempore S. Jacobi, ac de Concilio Apostolorum. Lib. impress. Antuerpiæ 1649. in folio.

Item, scripsit votum ac juramentum factum à Concilio honorato Melitæ & Cabana Regalis protuenda Immaculata Virginis Conceptione. Impress.

Matrici 1654. in 4. In quo est pulchra imago Immaculatae Conceptionis in charta expana magna, & quamplures Cantiones Hispanice pro eadem Immaculata Conceptione.

Item, in approbatione Informationis D. Francisci de la Cueva & Sylva, inquit

*Libera quæ legis nexu fuit astra Virgo,
Aureo ab ore . . . legibus assortur.*

Vide ibi reliqua omnia pro hoc mysterio Conceptionis Virginis.

L. AURENTIUS Scalavonius Ravennatis, in libro: Lectuli Salomonis, hoc est, De præcipuis Beatæ Virginis MARIÆ doloribus ac generis, multis docet: *Quomodo præservata fuit à peccato originali: Quomodo in Conceptione contrivit caput diaboli: Quomodo manum supposuit Deus ne caderet: & de Conceptionis festo ab Ecclesia celebrato, &c.* Impress. Romæ anno 1619.

L. AURENTIUS van Schoone, Societatis Jesu Belga, in Theibus de Peccatis habitis Lovanii die 9. Decemb. 1642. Conclus. 5. de Debitis, sic inquit: *Ab hoc Beatam Virginem Dei Matrem, que secundum communem etiam ab originali libera fuit ab Adamo propagatam, immunem fuisse existimamus.* Impress. ibidem in 4.

L. AURENTIUS Scrupulus, Italus Clericus Regularis, in libro: Combattimento spirituale, in modo recitandi Coronam Virginis Mariæ, fol. 329. inquit: *MARIA* fu una delle figlie di Adamo, ma sicut liliū inter spinas, perché ella sola fu nel primo instante della sua concezione concesa & conservata gratis. Qualunque homo per multi favori, e gratia che habbia havuto da Dio è stato non almeno almeno per spatio di qualche indugè, o tempo nelle tenebre del peccato, nemico de Dio, è servo del demonio, ma *MARIA* sola fu (perché così piazzue à Dio è conveniva à la Madre) candida, illuminosa, sempre amica de Dio, e mai in potere, o serva del demonio. Lib. impress. Venetijs 1635. in 12.

L. AURENTIUS Suárez, Baccalaureus Hispanus, edidit Sermonem, cujus titulus est: *De merito oreoles infra octava del Corpus en el image Convento de Monjas de la Concepcion de la Ciudad de los Reyes en el Reyno del Peru, &c.* Impress. Lima 1646. in 4.

L. AURENTIUS Surius, Carthusianus Germanus, tomo 6. de Vitis Sanctorum, hæc dicit: *De Conceptione Beatissima Virginis MARIÆ*, quam Catholica Ecclesia celebrat 8. Decembris die, multa præclara extant de cõsuetudinibus viroorum scripta, ad quæ lectorem remittimus. Interim in laudem tantæ Virginis libuit hæc adscribere Sermonem Beati Epiphaniij Episcopi Cypri Auctoris perantiqui, quem è Græcis convertit vir doctissimus Joannes Picus Canonicus Parisiensis; potest autem hinc facillè colligere lectur, quanti fecerint hanc singularem Virginem Patres antiqui. Venetijs 1481. in folio & Colonia 1608.

Item, Latine reddidit Sermonem Joannis Tullij de Conceptione Virginis MARIÆ. Colonia 1603. in 4.

Item, in Homilijs five Concionibus Flavi Alconij: *De Conceptione Beatæ MARIÆ*, ut in Nativitate ejusdem. Lib. impress. Colonia 1576. in fol.

Item, in Commentario brevi rerum in orbem gestarum, fol. 20. hæc habet ad annum 1501. Eodem anno Facultas Theologica Academiae Moguntina,

guminae imitata Synodi Basileensis decretum, atqueque Parisienses & Colonienſes Theologos, omnino decrevit & ſtatuit ſentiendum, *Beatiſſimam Dei Genitricem ſemperque Virginem MARIAM, quam ex omni aſtermitate ſibi Matrem delegit Filius Dei, ſine labe originalis peccati concepit, idque ſingulari quodam privilegio.* Non hic necesse eſt anxie perquirere, quid hinc ſcriptum reliquerint priſci illi Eccleſiæ Doctores, qui certe de hac Virgine ſingulari reverentia & honorificè ſcripſere. Auguſtinus ipſe, cujus ſumma eſt auctoritas, capite 36. lib. de Natura & Gratia, ob unigenitum Dei Filium ex ea natum, nullam prorsus de ipſa vult haberi queſtionem, cum de peccatis agitur. An non ille ſenſit ſingulari privilegio illi Virgini conceſſum, quam non eſt auſus ulli peccato facti obnoxiam? Contendant hic alij quantum volent. Certè qui Deum timent, non facile uſi erunt in diverſum pertinacem ferre ſententiam. Alioquin ſi communibus illa cæterorum mortalium legibus ſubjecta fuit, cur non etiam cum dolore & virginitatis injuria peperit? Diſtum eſt, & in ea ſcæminis omnibus: In dolore paries filios. At Virgo MARIA incredibili & prociſo inaudito miraculo Virgo concepit, non ab homine, ſed de Spiritu Sancto, & Virgo peperit in conceptu expers concupiſcentiæ, in partu doloris. Qui ergo eam ſic ſibi voluit eſſe Matrem, ut non ab homine, ſed de Spiritu S. conceperet: *is procul dubio talem quoque eam eſſe voluit, quæ de omni peccato puriſſima, digna eſſet Græcipere & parere ipſi Filium Dei.* Non enim habitat ſapientia (ut in Sapientie libro ſcriptum legimus) in corpore ſubdito peccatis. Et tamen ipſa Dei æterna ſapientia novem menſibus habitavit in hujus ſacratiffimæ Virginis ſacratiffimis viſceribus. His ergo atque alijs rationibus permota Facultas Theologica Moguntinæ Univerſitatis, graviter ſancivit deinceps neminem in ea Academia promovendi debere in ſacra Theolog. niſi juramento interpoſito prius fidem dederit, ſe diverſam opinionem neque animo retenturum, neque quovis modo approbaturum. Scio non deeſſe hodieque, qui diſſicile adduci poſſint, ut huic piſſimæ ſententiæ ſubſcribant, licet multi doctiſſimi viri graviffimis argumentis eam adſtruxerint & confirmarint. Verùm Concilium Tridentinum ſub Paulo III. Pontifice inchoatum, & tandem ſub Pio IV. abſolutum (multis enim modis ſathanas ejuſ Concilij tum inchoationem, tum proſecutionem ſæpe impedire conatus eſt) ſtatuit obſervandas eſſe de Matris Dei Conceptione Conſtitutiones Sixti IV. qui Pont. admodum favit *opinionem de Immaculata eiſdem ſanctiſſimæ Virginis Conceptione.* In eo autem Tridentino Concilio fuere ſupra 280. Epilcopi, & multi excellenti incomparabiliſſis doctrina viri, adeo ut etiam Sectarij, quantum laxa propoſita fide publica, non tamen auſi fuerint eo accedere, eo præſertim tempore, quo ſub Pio IV. excellentiſſimos doctrinâ viros Catholicos ibi fuiſſe conſtat. Qui ergo extra Chriſtianæ modèſtiæ cancellos non vult temerè efferri, & tum ſibi, tum alijs mali conſulere, acquieſcat in Eccleſiæ ſententiæ, & Matris Dei ſingulari privilegio nihil deroget, ne dum Matris iniquus eſt, præpotentis Filij ejuſ iram intolerabilem in ſuas accerſat cervices. Item, ad annum 1509. fol. 52. hæc habet: Eodem anno apud

Bernates in Helvetijs quidam inſtituti Dominicani, inconfultò admodum ac temerè oppugnantes *Immaculatam Virginis Matris Conceptionem,* ceperunt etiam commentitijs quibuſdam miraculis & viſionibus ſuam apud vulgus opinionem tueri. Abuſi ad hoc erant quodam ſimplici Fratres Laico, qui tamen rem omnem produxit in lucem; nonnullaque alia egerant, quæ viros graves & Religioſos minimè deceret. Sed quia præpotens Deus Matris ſuæ injurias haud facile ſinit inultas abire, Bernates zelo permoti (quippe qui ad laudes eximie jure tum referebant, quòd eſſent ultores egregij injuriarum Matris Dei) Lauſanenſem Epilcopum, ut in eos inquireret, hortati ſunt. Facta eſt inquiſitio, & rei veritate comperta, quatuor primarij Fratres Dominicani degradati ſunt, & inde flammis exuſti. Iſtud verò in primis cavendum eſt hominibus à Religione Chriſtianiſ, ne in defendenda ſententia ſua, & aliena oppugnanda nimium ſint pertinaces, ijs præſertim in rebus, quas certum eſt nihil officere veræ pietatis: *qualis eſt opinio de Immaculata ſanctiſſimæ V. Conceptione,* quam videmus ab Eccl. receptam, & à multis graviffimis, atque doctiſſimis viris fortiſſimè propugnatam, atque etiam aliquot Conciliorum generalium approbatione firmatam. Videant refractarij, ne dum Matris honoris & privilegio cum multorum gravi ſcandalo & offentione derogant, Filij ejuſ in ſe iudicium ſeverum provocent. Hæc Surius. Impreſſ. Coloniae 1568. in fol. Et in additionibus ad Nauclerum, tom. 1. folio 550. Lib. impreſſ. Coloniae 1564. in fol.

L A U R E N T I U S VanderHammen de Leon, Doctor Hispanus, in Elogio panegyrico de S. Joanne Evangelista, folio 40. aſſerit: *Quod Conceptio ſanctiſſimæ Virginis MARIE fuit pura & abſque macula, vel ſuſpitione peccati originalis, &c.* Impreſſ. Granatæ 1652. in 4.

L A U R E N T I U S Villavicentius Xereſanus, Ordinis S. Auguſtini Hispanus, in tabula compendioſa in Evangelia & Epistolâs, ſermone de Purificatione, poſtquam dixerat: Ad hanc legem MARIA non tenebatur, addit infra: *Lex illa purificationis adionebat Judæos ipſos eſſe conceptos in peccatis,* ac turpi concupiſcentiæ, illa quamvis non obliget propter auctoritatem Moysi, tamen quia gloriæ Dei non adverſatur, eſt utilis & honeſta, &c. folio 314. Lib. impreſſ. Venetijs 1568. in 8.

Item, in Concionibus de Evangel. & Epistolâs, quæ in præcipuis & alijs totiſ anni feſtis diebus populo in Eccleſia proponi ſolent, & tabulis hujus Auctoris collectis per Ægidium Topiarum Flandrum, fol. 13. hæc ſcribit: *In ſerijs Conceptionis Beate MARIE ſemper Virginis Epistolâ & Evangelium quærantur in feſto Nativitatis ejuſdem, Sic in libro impreſſ. Pariſijs 1566. in 8. & Lugduni 1568. etiam in 8. Lege omnes Serm. de Virgine MARIA hujus impreſſionis, & invenies plura pro immunitate Dei paræ ac plenitudine gratiæ ipſius, præcipuè in ſerm. de Nativitate.*

L A U R E N T I U S de Zamora, Ordinis Sancti Bernardi Hispanus, 3. part. Monarchiæ myſticæ, ſub hoc titulo: *Libro primero de la tercera parte de la Monarchia myſtica de la Igleſia, hecha de Hieroglyphicos ſacados de humanas y divinas*



lerras. Trátase en el la purissima Concepcion de la Virgen Madre y Señora nuestra, & extat à fol. 155. usque 264. Liber est dicatus ipsi Regina: cœlorum & in principio habet imaginem Immaculatæ Conceptionis. Impress. Matriti 1611. in folio & Venetijs Italicè 1637. in 4.

Item, in libro de eadem mystica Monarchia tomo 1. septimæ partis, in sermone de Sancta Anna folio 115. inquit: Pues que hace Dios nuestro Señor, quiebra en el vientre de la gloriosísima santa Ana las puertas de sus enemigos; desquiza el pecado original, cierra el postigo à la culpa y así fue aquella Concepcion santificada; la criatura hecha en gracia y original justicia, &c. & ibi alia. Lib. impr. Barchinone 1611. in 4.

Item, in eadem Monarchia tom. 3. sermone de S. Josepho, folio 121. inquit: Esta es la diferencia, que hallo entre la Virgen y todo el resto de los Santos, que la Virgen fue lana que no ubo que lavar en ella pues no solo al salir del vientre de su Madre sino al punto de ser concibida allí, llegó el tinte de la gracia, allí los esmaltes de virtudes, allí el carmin de la caridad, &c. Lib. impress. Barchinone 1612. in 4.

Item, in libro de fuga Virginis in Ægyptum, in principio agit de missa Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Matriti 1609. in 8. parvo & adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis.

L A U S A N E N S I S Episcopus, fecit inquisitionem in Civitate de Berna circa illa que contigerunt de Immaculata Virginis Conceptione. Vide Laurentium Surium in Historia ad annum 1509. fol. 52. & in Appendice ad Nauclerum fol. 550.

L A S I N U S Archiepiscopus de Kenilceck, edidit curavit Breviarium Zagabriense, in quo folio 299. habetur officium Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Venetijs 1484.

L A Z A R U S Cardona, Presbyteritalus, in libro Commentaria in tres libros de Virginis partu à Sannazario edito, &c. fol. 14. ex Sancto Augustino, Sedulio & predicto Sannazario, vocat Virginem MARIAM inviolatam, absque culpa, & rosam sine spinis, &c. Vide ibi. Lib. impress. Venetijs 1584. in 8.

L A Z A R U S Schoriggius Italus, in libro: Regole constitutioni che osservano li fratelli del Santissimo Rosario della sanita di Napoli part. 9. folio 372. refert Indulgentiam concessam à Pio IV. pro die Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Neapoli 1627. in 8.

Item, edidit officium pro infra octava Conceptionis Beate Virginis MARIE cum alijs, ut dicitur in libro Octavarium Romanum impress. Neapoli 1628. in 4.

L A Z A R U S del Valle & Porra, Poeta Hispanus, in quadam Cantione & ingeniosa quidem, inter alia de puritate ac gratia Virginis sub metaphora cuiusdam aviculæ, inquit:

Muy contento el poseedor

Enterrola en una arguilla

Mas el Ave sin mançilla

Sele volo al peccador.

Alia vide ibi fol. 147. in lib. impress. Casaravgusta 1644. in 4.

L E A N D E R Albertus, Ordinis Prædicatorum (licet non dicat ejus Religionis sit) Italus, in libro: Cronichita della gloriosa Madonna di S. Luca Bononien. folio 131. habet hoc Caput ad litteram extractum: Bolognia è dalla peste per

questa sacra Virgine preservata. Lib. impress. Bononia 1598. in 8. Adducitur hic Auctor, ostendatur quomodo admittunt præservationem in aliquibus, non tamen in Virgine eam volent agnoscere.

L E A N D E R de Granada Manrique, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in libro cujus titulus est: Segunda y ultima parte de las admirables y reguladas revelaciones de la gloriosa Santa Gertrudis, que contiene su feliz y dichosa muerte, cap. 47. à folio 298. adducit pro immunitate Virginis MARIE ab omni peccato, illa que diximus verbo Gertrudis, atque etiam folio 319. ad marginales annotationes littera F. inquit: De la Virgen se dice con irrefragable autoridad; Deus in medio ejus non commovebitur, que no hallo Dios en ella que le pudiese perturbar; fundase en lo que dice S. Thomas 3. part. quest. 27. artic. 5. que en la Virgen no hubo pecado y en lo que dice 3. part. quest. 7. artic. 20. ad primum, que tuvo después de Christo mas plenitud de gracia; que ningún Santo, &c. Et littera I. Porque todos los privilegios que tuvieron los Santos que se pusieron compadecer con la Virgen santissima, se le comunico Dios, que después de Christo tiene la plenitud de la gracia, esto es excedio en gracia à todos fuera de Christo. Hæc Leander. Et in ipsa littera S. Gertrudis, fol. 307. inquit: que es ella no ay mancha de pecado, que pueda culpa ni una hermosura, &c. Y así le doy mi divita, que es de purissima y simplicissima paloma, &c. Las calidades y virtudes de la Virgen bendita quando estubo en el mundo segun el, las havia conocido por su divino conocimiento, y así dixo que la vio hermosa como paloma y sin mancha, para significar en esto al mundo su santissima inocencia, &c. Y para dar à entender que como el cedro plantado en el monte Libano, que es alto y parece, que se remonta por los cielos, y corre con ellos en altura, así la Virgen santissima por los cimientos, y fundamentos de su santidad sobre los altos montes de los Santos, excediendo sus principios à los fines, &c. Desto entendio que todas las vezes que ella o algunos de los fieles que estan esparcidos por el mundo le da el parabolo de estos deleites en cada palabra, la misma Virgen libre y sentida de todo geytro de culpa es cercada por todas partes, hermosa eada y adornada de rosas floridas, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Vallisoleti 1667. in 4.

L E A N D E R de S. Martino, Ordinis S. Benedicti, in libro cujus titulus est: Enigmaturæ laicorum, &c. Alphonsi Toftati Abulensis Episcopi Paradoxa de Christi Matrisque ejus mysteriis, &c. in Paradoxa seu Enigmatate 1. cap. 6. ad illud: MARIA Virgo vas mundum, & non mundum, inquit: Munda enim fuit ab omni iniqua cogitatione, sincera ab omni perversa locutione, pura ab omni inquinata operatione. Item, munda ab omni labe originali, sincera ab omni peccato mortali, pura ab omni culpa etiam veniali, &c. Lib. impress. Duaci 1621. in 8. & in nostra Biblioth. tomo 1. folio 659.

Item, in Glossa ordinaria à se correctæ & plebibus aucta, in Epistol. ad Romanos, cap. 1. adducit Auctores pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Impress. Antverpiæ 1634. in fol.

L E A N D E R de Sabulino Sacramento, Ordinis

omnis Eremitar. Disceat. tomo 1. tractatu 5. dista. 1. quest. 21. & 22. excitat hanc Questionem: An Virgo potius elegisset committere unum peccatum veniale, quam contrahere maculam peccati originalem in infantis suae Conceptionis? &c. Impress. Lugduni 1654. in fol.

LECTIONARIUM antiquum totius anni: in Conceptione B. Virginis, sicut in Nativitate ipsius. Ex MS. characteribus pervetustis in Biblioth. D. D. Card. Mazarini in charta pellicea.

LEGENDARIUS, sive Auctor ille antiquus, qui ad historiam Lombardicam Jacobi Jansenis addidit ultimas Legendas, legendam 163. de Visitatione gloriosae Virginis MARIE, folio mihi 170. inquit: Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatis myrrhae & thuris & universi pulveris pigmentarij? Fuit inquam Beata Virgo virgula inflexibilis ad pietatem: & si habuerit ad omnes universaliter, particulariter tamen ac praecipue exercuit eam circa cognatam suam Elisabeth. Dicit autem: ex aromatis, quoniam fuit plena odoribus omnium gratiarum. Nec mirum, quoniam (ut habet Horatius lib. 1. Epistolar.) Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testae. Vas enim quando in principio suae naturae fuit repletum aliquo bono odore, servabit diu odorem illum, quia quod nova testae capit, inveterata sapit: sic Virgo semper benedicta ab exordio suae Conceptionis. Deo plena fuit: in qua sunt omnes virtutes, remansit semper omnium aromatantium virtutum resperfa, &c. Lib. impress. 1554. in 4. regali.

LELIUS Celanlius, Orator pius, fecit haec in Disparam sine peccato conceptam

ANAGRAMMATA:
OMNES IN ADAM PECCAVUNT.
 Omnia munda prope canem necas.
 Zunda viperam necas; Nosce.
 Zum Deus, MARIA non excepta?
 Sui munda Mater non peccas.
 Sine ve mundam cano, parcat.
 In Eva dum non peccas, Mater,
 Non peccas tam diva munere.
 Ve mundi Mater, non peccas.
 Temens peccato ruinam, Una.
 In mecum Diva Parens nocte
 Zunda sui ope carnem necat.
 Peccant, verum Adami non es.
 In cum sum, non rea pacti Adae.
 Garmen pium de una canet os.
 Condens vitam munera cape.
 Mas me: unde vir non peccat.
 Na non peccas, cum Dei Mater.
 Nava peccas: mundi Mater non.
 Nenuis? En a peccato mundam.
 Tina cum Dei Matre non peccas.
 Zecat pes vi carnem, o munda!
 Hunc pura Domina mea, cense.

Crucis. aaa. eee. i. o. uu. cc. d. mm. nnn. p. r. s. t. omnes sunt 22. Impress. absque loco & anno in charta expansa.

LELIUS Magnavinus Brescianus, in libro de perfecta dispositione Virginis MARIE ad Conceptionem unigeniti Dei in suo sacratissimo utero, ad illa verba: Gratia plena, docet: Quod fuit gratia plena contra exclusionem omnis peccati. Et infra: Quod nunquam fuit mortua, sed semper vivax; non fuit obscura & tenebrosa, sed semper lucida &

clara; non fuit deformis aut fordida, sed semper pulchra & speciosa; non vulnerata, sed semper sanata non denique damnata, sed semper sanata & glorificata. Lib. impress. Venetijs, anno 1624. in 4.

LELIUS Zecchius, Canonicus Italus, in tomo 1. de Tractatibus Theologicis, de Conceptione passiva Beatissima Virginis, Caput unum, sed latum, Impress. Brixiae 1591. in 4.

LEO Allatius, Graecus natione, Interpret ac Commentator Eustachij Antiocheni, in Hexameron dicit: Quod Virgo MARIA tota pulchra est, & nullam admisit omnino maculam. Vide Euseb. Nieremb. in Exception. cap. 13. fol. 163. Item, scripsit Sermonem de Conceptione Deiparae V. MARIE, secundum Marac. Item, in libro de Apibus Urbanis refert omnes Scriptores, qui suo tempore scripserunt Romae pro Immaculata Virginis Conceptione. Impress. Romae in 8.

LEO (absque alio cognomine) Provincialis Carmelitarum, & Regis Reginaeque Christianissimae Galliarum Concionator, tomo 1. libri dicti: L'annee Royal, folio 390. adducit exhortationem pro die Conceptionis. Impress. Rothomagi 1659. in 8.

Item, in tertio tomo folio 504. pro festo Immaculatae Conceptionis Virginis conceptae in gratia latum Sermonem & pulchrum. Lib. impress. Parisijs anno 1658. in 8.

LEO Constantinopolitanus Imperator VI. hujus nominis, natione Graecus, fecit Orationem in eam, quae de utero sterili floruit, &c. scilicet Sacratissimam semper Virginem Dei Matrem, ubi ait loquens de Beata Anna: Solam Dei Matrem in lucem edis, sola es Dei Avia, o beatum puerperium, o uterum, cujus habitaculum in nobis habitare volens delegit Deus: o Conceptio, & partus & infans per qua abortum passa est permiciose peccati futura, & innovuit salutis fecunditas. O pulchra Puellalinfans per quam natura sit novam adepta formositatem, quae turpitudine vitiorum deformis consenuerat, &c. Nata est Eva puella, per quam illa post cladem in priorem revocatur statum, &c. At nunc foetus prodiit acerba sententia potior, delargiturque ad mundi fines latitiam. Decepisti primum nostri generis satorem per muliereulam supplantans, & sermonem tui consilij corruptionis sementem fecisti, ut malo suo susceperent. Nata est nobis Puella formata quidem aequè ut Eva sed errati ejus, ut sit correctio tuæque lapsionis impulsio, &c. Tres istae clausulae indicant Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali peccato: quia eodem modo loquitur de Conceptione, ac Nativitate prolis; sed Nativitas fuit sancta & Immaculata; igitur & Conceptio, nulla enim alia potuit esse peccati foetura, nisi originalis maculae propagatio. Nec proprie potest dici, fuisse Evam revocata post cladem per MARIAM, nisi haec fuerit à peccati originalis clade immunis. Ac tandem, si MARIA fuit aequè formata ut Eva; igitur formata fuit in justitia originali, & absque ulla macula: aliàs paritas non esset ad rem.

Item, Oratione 2. in eam, quae ex sterili nata utero, perducta est in sancta Sanctorum, &c. inquit: Quae est ista, quae oritur quasi lilium in medio spinarum humanæ propter nequitiam confusionis: Quænam hæc est, primitiæ revera pretiosissimarum rerum? Nunc enim quæ ob maledictione spinas ferebat, ad ubertatem frugum mutata fecunditate fructum edidit, non solita maledictionis imbutum amaritu-

amaritudine; sed benedictionis dulcedine delectantem, &c. Vides arcam sanctificationis è lumbis tuis progeneratam in communem exurgere laborantium quietem, &c. Si quasi lilium in medio spinarum naturam humanam fuit genita MARIA, & abique solita maledictione; igitur absque peccato originali: illud enim fuit spina naturæ humanæ, & maledictio solita & communis.

Item, in Oratione 3. de Annuntiatione: Ave gratiâ plena; per te Dominus nobiscum, & paululum immaculata voce Ave clamemus, *que tanquam lilium in medio confusissimum & perturbatissimum passionum humanæ naturæ campi floruisse.* &c. Audisti verò ô filia commonitionem, & oblita es populi tui & sortis & domus paternæ, sortis videlicet illius, quam Eva progenitrix toti generi tribuit, immenso illo dolorum cumulo, quasi hæreditatis vice dato. At nihil horum in domum tuam intulisti, &c. Ix hoc testimonio probant Moderni Immaculatam V. MARIÆ Conceptionem. Vide Salazarium, Serranum, Marraccium & alios.

Item, sæpe vocat Virginem MARIAM Immaculatam, præcipuè Oratione 5. ubi dicit: Clamamus ad Immaculatam penitus Virginem, voce non indigna, &c. Non esset equidem, nec posset dici penitus Immaculata Virgo MARIA, si aliquando maculata fuisset per originale peccatum; sicut non potest dici penitus incorrupta, vel penitus integra, quæ semel virginitatem amisit, ut sæpe dixi.

Item, Oratione 6. alludens ad illud: Jordanis conversus est retrorsum, inquit: *Verè sola benedicta in mulieribus,* quæ una primæ nostræ parenti, & filiabus ejus tulit suppetias, partim quòd à duplici mœstitiâ, quæ illam & omnem ex ea propaginem conficiebat vindicavit, partim quòd malè oppressos liberavit, & in eadem posteros incidere calamitatem non permisit: maledictione, quæ antea naturam depascébatur, ultra non progressa; sed retrovertis malis undarum fluctibus, *ut benedicta in lucem suscepta est.* &c. Fluxit peccatum originale tanquam fluvius à primis parentibus Jor & Dan, id est, Adam & Eva absque ulla interruptione: repleat enim malitia ælvum suam, id est, omnes feminarum ventres, id est, in transitu arcæ benedictæ constiterant aquæ illæ pessimæ communis infectionis, *quousque in lucem suscepta est MARIA,* seu à regione deserti transiit in terram promissionis. Hanc eandem metaphoram prosequitur Leo infra, dicens: Erat sanè antiquo Israël arcæ imago suæ gloriæ, auxilium victis, & eorum quoque indigentia supplementum; sed profectò imago rerum erat, quæ fiebant, & multò inferior ijs, quæ per te fiunt. Ergo nec illis arcæ semper adjuvamentum erat; sed ritè colentibus, Deum, & à recta præceptorum semita non aberrantibus præsto erat salus; at reis & culpæ obnoxijis ob contemptum præceptorum non modò auxilium non aderat à periculo eripiens; sed ipsa simul arcæ in periculum adducebatur, &c. Ergo ubi tua præsentia, omnis præcisâ est adversarij libertas; neque locum habet tristitia, ubi tua sese offert hilaritas. Namque ab initio cum progressa fueris in mundum, ut illum in statu lætioris collocares, eandem semper voluntatem retineres, bona elargiri non desinis, &c. Si ab initio suæ creationis habuit MARIA eandem voluntatem, nec in illa fuit ulla tristitia; igitur ex quo ingressa fuit in mundum, nullum habuit pec-

catum. Hæc omnia reperies in suo Mariali impresso. Romæ 1651. in 8. & in P. Gretsero.

Item, edidit Homiliam unam seu Orationem de Conceptione Virginis MARIÆ, quæ (ut dicitur) servatur in Bibliotheca Esphoriciana; ut videre est in Anonymo Gallo in libro de Pietate Ecclesiarum Orientalium in honorem Conceptionis, fol. 3. Impress. Parisijs 1645. in 8. De qua etiam Beronius ad diem 8. Decembris, Velazquez folio 374. Thom. Bozius libro 9. de Signis Ecclesiarum, Gerardus Bozius in Scholijs ad Orationem S. Ephrem de Sanctissima Deipara, Marraccius in Biblioth. & N. Armament. col. 427.

LEO de la Croix, Ordinis Minorum Flander, in Conclusionibus de Angelo & homine habito mense Octobris, die 8. anno 1648. sub H. P. Francisco Rossej, Conclusionem 10. de Homine, defendit: Omnes per naturalem & ordinariam generationem descendentes peccatum originale contraxisse, sola excepta Deipara MARIÆ, quæ licet filia naturalis Adæ, nullas tamen peccati ipsius maculas contraxit. Fuerunt impress. Infulis eodem anno in charta expansa.

LEO Decimus Pontifex Maximus (ante Joannes Medicus vocatus) Florentinus, dedit in Conceptione Beatissimæ Virginis Bullas plures.

Item, confirmavit modum recitandi officium divinum in die Conceptionis Virginis MARIÆ, immo dispensationem Sixti IV. ut habetur in libere. Romæ, anno 1520. per Antonium Bladium de Asula. Incipit verò motus proprius Pontificis: Sicut accepimus. Velazquez folio 366. Armament. in Regest. folio 138.

Item, omnibus confessis & contritis, decemque sequentem Antiphonam: Benedicimus tibi nomen Domini nostri JESU CHRISTI, & sui Patris benedictæ, & Beatissimæ Virgo MARIA, de terra celestis curia. Amen JESUS. *Tota pulchra es Maria Mater Dei, & macula originalis non est in te habita,* concessit decem annos Indulgent. ad annum 1519. ut dicitur in libro impress. per Capitanum de Ponte Mediolani 1522. in 8.

Item, concessit Patribus Benedictinis, ut in solemnitate festi Conceptionis; perque totam octavam benedictum suspendatur. Incipit indultum: Sicut Religiosis sinceritatis, &c. Christoph. de Vega in Theologia Mariana, palest. 3. certam 9. num. 310. Marraccius. Item, hoc indultum præ die Conceptionis Virginis MARIÆ ac per ejus octavam postea extendit ad totius Hispaniæ Ecclesias. Vide Vegam ubi supra.

Item, maximas Indulgentias largitus est deferentibus Icones Immaculate Conceptionis Virginis MARIÆ. Vega qui supra ibidem & Marraccius. Concessit etiam Jubileum in hora mortis pro Immaculate Conceptionis imagine. Vide Antonium de Quintanadueñas, tom. 1. de Morali Theologia tractatu 9. fol. 366.

Item, quòd toties, quoties Fratres Minores de Observatiâ dicunt Missam de Conceptione Virginis MARIÆ, ac intendunt orare pro sua Sanctitate & universalî Ecclesiâ, habeant indulgentiam plenariam; & ampliavit ad omnes Fratres ac Moniales audientes præfatam Missam. Ita Eminentissimus Rodericus, tom. 1. q. Reg. quæst. 53. art. 3. pag. 536. Anonymus, fol. 4.

Item, quòd viri deferentes imaginem Conceptionis Beatæ Virginis, & mulieres scapularium ejusdem Ordinis

Ordinis cum imagine, easdem gratias obtineant, quas consequuntur & consequi possunt deferentes choram Fratrum Minor. & corrigiam Sancti Augustini, &c. Anonymus, fol. 9. à tergo.

Item, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campo Sancto à Leone IV. constructam reedificavit in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ. Hippol. Marrac. in Pontif. Mar. folio 254.

Item, quamplures concessit gratias ac indulgentias pro Conceptione Virginis MARIÆ Ecclesie Sanctæ Mariæ del Popolo, de Monte de Aracæ, S. Apostolorum, S. Francisci trans Tyberim, S. Laurentij in Damaso, &c. Marrac.

Item, approbavit Hymnos à Zacharia Episcopo Gardienis editos in laudem Conceptionis Virginis ipsius Pontificis. Marr. ibid.

Item, expeditit singularem Bullam pro celebratione festivitatis Conceptionis Immaculatae in Ecclesia Molinæ de Aragon, cujus habemus authenticum testimonium.

LEO Sanctus Senensis, Societatis Jesu Italus, in lib. Hieroparthenica, sive Laudes Beatæ Virginis Conceptæ Natæ, &c. habet: Tractatum inscriptum: Formæ leionis, sive De Immaculata Conceptu Virginis Iulio Harmonicus metricè, &c. fol. 180. Romæ 1634. in 12.

Item, in libro secundo floridorum adducit Speculatione macula, sive Laudes Beatæ Virginis in ejus Conceptione celebrat. fol. 343. Impr. Romæ 1636. in 12.

LEO à Sancto Thoma, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, tom. 1. Benedictinæ Lusitanæ, tract. 1. fol. 174. §. 21. de fundatione Ordinis Immaculatae Conceptionis Domine nostræ à D. Beatrice de Silva fundati, Caput unum.

Item, de fundatione seu institutione festivitatis Immaculatae Conceptionis fol. 229. Item, quod Congregatio Benedictinorum in Portugallia omni die ad Completorium post Salve Regina decantat Commemorationem Conceptionis V. MARIÆ, ibidem folio 232. Impress. Conimbriæ 1644. in folio.

LEONARDUS de Aguilar, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, edidit Breviarium pro sua Religione, in quo extat officium in festo Conceptionis Virginis MARIÆ. Impress. an. 1501. in 4.

LEONARDUS de Argonfolia, Chronologus Regni Aragoniæ, de Conceptione Domine nostræ Cantionem in libro impress. Salmantice 1619. in 4.

LEONARDUS Bagnus Pifinensis, Societatis Jesu ex Dalmacia, scripsit Manuale Sedulitatis Immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ Viennæ Austriæ in Casarea, & eodem Societatis Jesu Collegio erectæ & confirmatæ. Impress. Viennæ an. 1630. in 16.

LEONARDUS Bandellus, Officialis Lemoicensis Gallus, scripsit de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ, & citatur à R. P. Chassaing in quadam relatione manusc.

LEONARDUS Bassus Paduanus, Poëta Italicus, in libro 3. del rime spirituali, &c. fol. 179. habet de Conceptione Virginis MARIÆ Cantionem. Impress. Venetijs 1552. in 12.

LEONARDUS David, Societatis Jesu Belgæ, in Theibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia, habitis Lovanijs die 24. & 25. Novemb. 1654. defendit Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum contrahendi illud, &c. Impress. ibidem in 4. Idem defendit 20. Julij anno 1655.

LEONARDUS Fossæ Graniaquensis, Ordinis Prædicatorum sacre Theologiæ Magister, in libro de Rosario & Psalterio Deiparentis MARIÆ, ejusque eminentissima Fraternitate, &c. in Elencho Concionum adducit Cantionem pro Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ. Impress. Frburgibis goiæ 1660. in 4.

LEONARDUS de Gifono, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Ordinis Minorum, sustinuit Virginem MARIAM fuisse absque peccato originali conceptam, ut refert Anton. Chucarus Episcop. Azenensis part. 2. fol. 63. col. 3.

LEONARDUS Italicus, Ordinis Prædicatorum, in lib. quem Sertum fidei intulavit, eò quod in ipso omnes articulos fidei luculentissime sparsum per sermones declaravit, feria 4. Dominicæ 4. Quadragesimæ, serm. de Baptismo, littera D. inquit: Peccatum autem originale contrahere, secundum sanctum Thomam in 3. dist. 3. art. 2. est originaliter fuisse in Adam secundum rationem feminalem. Unde ad Romanos dixit Apostolus: Omnes peccaverunt in Adam, id est, omnes fuerunt in Adam secundum feminalem rationem. Ex quo apparet Beatam Virginem contraxisse peccatum originale, quia ipsa fuit originaliter in femine Adæ, cum per coitum concepta sit ex Anna & Joachim; quia de Spiritu sancto non est concepta, sicut Christus. Hujus opinionis contrarium est verum: determinatum est in Concilio Basiliensi per solemnes Doctores purissimam Virginem MARIAM sine labe originalis criminis esse conceptam. Et quod per Baptismum purgetur peccatum originale, patet ubi supra, &c. Lib. impress. antiquissimis characteribus absque anno & loco impressionis, in folio.

LEONARDUS Iustinianus, Italus Poëta, inter alia quamplura pro puritate Virginis, quæ brevitatis causa prætermittimus, ad finem libri inquit:

In te fontana viva

Per ma merce dogni peccato, me neti

Dogni peccato monde

Tu foisti solamente

O regina jocunda, &c.

Extat liber impress. Venetijs 1490. in 4.

LEONARDUS Lauretanus, Clericorum Regularium Italus, in libro Sylva moralium seu prædicabilium, in festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ adducit indicem concionatorum. Impress. Venetijs 1626. in 4.

LEONARDUS Lessius, Societatis Jesu Doctor Lovaniensis, in Opusculis Theologicis disputatione de Prædestinatione & Reprobatione Angelorum & hominum, sect. 5. ad 4. argumentum, num. 110. folio 437. docet: Quod Deus elegit Sanctos ad gloriam post provisionem futurorum, seu iustificavit ipsos; sed ab hac regula omitenda seu excipienda est Beata Virgo MARIA, cujus privilegia omnes superant, & ad nullum alium sunt extendenda, &c. Lib. impress. 1626. in fol.

LEONARDUS Nogarolus, natione Italus, & Protonotarius Apostolicus, jussu Summi Pontificis Sixti IV. elaboravit officium de Immaculata Conceptione Beatissime Virginis MARIÆ, quod quidem prius fuit editum sine octava hoc modo: Incipit officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ editum per Reverendum Patrem Dominum Leonardum Nogarolum Protonotarium

M m m 3

Apostol.

Apostolicum, Artium ac sacræ Theologiæ Doctorem famosissimum; & per modernum Summum Pontificem Dominum Sixtum Papam IV. confirmatum cum Bulla ejusdem & cum Bulla sacri Concilij Basileensis. In primis Vesperis Antiphona: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias Adæ, alleluia. Psalmus: Dixit Dominus. Antiphona: Tota pulchra es, & originalis macula non est in te, alleluia. Psalm. Laudate pueri. Antiphona: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, alleluia. Psalmus Lætatus sum. Antiphona: Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis, alleluia. Psalmus: Nisi Dominus. Antiphona: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa supra dilectum suum? alleluia. Psalmus: Lauda Hierusalem. Capitulum: Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me, inveniunt me: in vijs iustitiæ ambulabo ut ditem diligentes me, qui me elucidant habebunt vitam æternam. Deo gratias. Responsorium: O Israël quàm magna est Domus Dei & ingens. Locus possessionis est magnus & excelsus. V. Qui seit univèrsa novit eam, & invenit eam prudentia sua. Locus possessionis. Gloria Patri. Locus pos. Hymnus: O sancta mundi Domina. V. Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ MARIE Virginis, alleluia. R. Cujus innocentia cunctas illustrat devotas animas, alleluia. Super Magnificat Antiphona: Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis! collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini & comæ capitis tui sicut purpura regis: quàm pulchra es & quàm decora charissima, alleluia. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, concede quaesumus, ut sicut ex morte ejusdem Filij tui prævisa eam ab omni labe præservasti, ita nos quoq; mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem. Ad Completorium Hymnus: Veni Redemptor gentium. Supra Nunc dimittis Antiphona: Qui venturus est veniet. Cætera consueta. Ad Matutinum, Invitorium: Immaculatam Conceptionem Virginis MARIE celebremus; Christum ejus præservatorem adoremus Dominum. Psalm. Venite exultemus. Hymnus: Quem terra, pontus. In primo Nocturno Antiphona: Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Psalmus: Domine Dominus noster. Antiphona: Surrexerunt filiæ ejus & beatissimam prædicaverunt eam, vir ejus & laudavit eam. Psalmus: Cæli enarrant. Antiphona: Fortitudo & decor indumentum ejus, byssus & purpura vestis illius, alleluia. Psalm. Domini est terra. V. Liberasti me Domine ex ore leonis. R. Et à cornibus unicornium humilitatem meam. Prima Lectio. Ex dictis Beati Hieronymi & Augustini: Canitur in Canticis de MARIA: Hortus conclusus, fons signatus, emissio- nes tuæ paradisus. Hortus deliciarum, in quo sunt confita univèrsa florum genera & odora menta virtutum: sicque signatus, ut nesciat violari neque corrumpi ullis insidijs fraudibusve diaboli. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis. Idemque: Quidquid in MARIA gestum est, totum puritas, totum veritas, totumque gratia fuit. Et iterum: Cæteris Virginibus præstatur gratia per partes, MARIE verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Item ex Sermonibus Beati Augustini: Summa Dei sapientia nullam in massa humani generis invenit viam, per quam (ut disposuit) in mundum veniens ejus subveniret luctuosæ perditioni, donec ad

illam (de qua loquimur) Virginem veram est. Sed hæc mox ut in mundum per humani generis lineam venit, tanta omnis boni virtute perficit resplenduit, ut eam Dei sapientia veridice præcæret, ut per eam in hominem veniens, non tantum reatum primorum parentum dignum, sed totius mundi peccata deleteret. Idem: Magnificat illam, qui te ab omni peccato reservavit. Quis enim (inquit) dicere poterit: sine peccato sum natus, & mundus sum ab omni iniquitate dicere audeo, nisi illa Virgo prudentissima animatum tempus Dei excelsi, quam Deus sic elegit & prælegit ære mundi constitutionem, ut sancta & immaculata Mater Dei Filia ab æterno reservata incorrupta ab omni labe peccati? Tu autem Domine. Responsorium: Ego ex ore Altissimi providi primogenitam ante omnem creaturam, ego in cælis feci ut cerneretur lumen indeficiens. Et sicut nebulæ tunc carnis. V. Gyrum cæli circuii, & in profundum abyssi penetravi, & in omni populo & in omni gente primatum tenui. Et sicut. Lectio. Scitanda. Ex dictis Sancti Ildesonsi Archiepiscopi Tolosani, & aliorum plurimorum Sanctorum Beata Virgo MARIA nisi in utero matris sanctificata fuisset, minimè ejus Nativitas colenda esset, sed quia auctoritate Sanctorum Patrum dignè ac novè vestra charitas) veneratur, constat eam ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam non solum Eux maledictio soluta est, verum etià benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quando natus est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero suscipere contraxit. Hilarius: Virgo benedicta super omnes feminas, quæ Angelos vincit puritate, quæ omnes Sanctos superat pietate. Cyprianus: O Virgo illa & omni iustitiâ plenissima, ejus Conceptio populorum. Basiliius: O MARIA tu candoris & decoris forma, cui in terris non est æqualis, nec in cælis parva. Augustinus: O Mater Domini, sicut in prima femina abundavit delictum, ita & in te superabundavit omnis plenitudo gratiæ; & ideo super omnes ignara delicti. Idem: Charitas fecit ut non solum MARIA non peccaret, sed nec peccatum cogitare potuit, & super cunctos eam reservasti ab omni labe peccati. Origenes: Quæ neque serpentis persuasione decipitur, nec ejus venenosis afflicibus infecta. Ambrosius: Hæc est Virgo, in qua nec nudus originalis, nec color venialis culpa fuit. Tu autem Domine, ne veli transferere. Responsorium: Transte ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & favum. V. Qui audit me non confundetur, & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Spiritus enim. Lectio tertia. Ex dictis B. Anselmi de exordio mundanæ salutis de aliorum plurimorum Sanctorum: Si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei exstitit illud propagantium, non propagatæ fuit. Deus enim (inquit) castanæ confert ut inter spinas & à spinis remota conepiatur, alatur & formetur, non potuit hoc facere Filius Matris suæ: planè potuit, voluit quod si voluit, fecit. Et in Epist. Nō potuit inquit verum esse amatorem Virginis qui celebrare respuit festum suæ Conceptionis. Cyrillus: Peccatum Filium, temerarium est in MARIA Virgine ponere culpam aliquam vel peccatum. Bernardus: Caro Virginis ex Adamo sumpta maculas Adæ non admittit. Thomas: MARIA ab omni peccato originali & actuali immunis fuit. Dominicus: Sicut pri-

mus Adam fuit de terra Virgine & nunquam
 maledicta formatus; ita decuit in secundo Adam
 fieri. Richardus de sancto Victore: Non decuit ut
 caro MARIE quacunque foret obnoxia culpæ.
 Nam Dei sapientiæ indignum credimus, ut quam
 ad lucem gentium destinavit, pravitate tenebræ
 fieret involvi. Nec erit ingratus Matri suæ, qui
 patri matrique honorem præcepit exhiberi. Tu
 autem Domine, nostri miserere. Responsorium:
 Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia,
 mea est fortitudo: Per me Reges regnant per me
 Principes imperant & potentes decernunt iustiti-
 am. V. Ego diligentes me diligo, & qui manè vi-
 silarunt ad me invenient me. Per me Principes.
 Gloria Patri. Per me Principes. In secundo No-
 cturno Antiphona: Quid videtis in Sunamite, nisi
 ebrios castrorum? alleluia. Psalmus: Eructavit
 cor meum. Antiphona: Aquæ multæ non potue-
 runt extinguere charitatem, nec flumina pecca-
 torum obruent MARIAM, alleluia. Psalmus: Deus
 nobis refugium. Antiphona: Acustodia matutina
 usque ad noctem speravit MARIA in Domino, quia
 copiosa apud eum redemptio, alleluia. Psalmus:
 Fundamenta eius, &c. V. Eructi à framea Deus
 animam meam, alleluia. R. Et de manu canis unicæ
 matrem meam, alleluia. Decretum sacri Concilij
 Basileensis de sancta & Immaculata Conceptione gloriosæ
 MARIÆ. Lectio quarta: Sacro-sancta Generalis
 Synodus Basileensis in Spiritu Sancto legitime
 congregata, univertalem Ecclesiam repræsentans.
 Ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus
 divinæ gratiæ mysteria, mercedem gloriosam re-
 promittit æterna Dei Patris sapientiæ, dum ait: Qui
 claudunt me, vitam æternam habebunt. Quod eti-
 am de gloriosa Virgine quæ ipsam Patris sapien-
 tiam Dei Filium æternum in utero protulit, &
 mundo peperit, sacro-sancta legit Ecclesia. Nam
 quidquid de dignitate & sublimitate Virginis Ma-
 tris educitur in lucem, hoc non dubium est ad
 laudem & honorem Filij sui pertinere: & qui ho-
 norificat gratiam & sanctitatem Matris, honorifi-
 cant & elucidant gloriosum nomen Filij eius, qui
 ipsam sanctificavit & replevit gratiâ. Unde
 si in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à Do-
 mino Deo est, præclara merita parturit, in ea re
 specialiter fructus uberrimos afferre spectanda
 est, quæ sanctificationem & dedicationem templi
 illius concernit, in quo ante sæcula antequam ter-
 rit fieret, & ab æterno sibi mansionem ordinavit
 prima & æterna veritas. Ideoque maxime con-
 grat, ut pax habeatur in quæstionibus concer-
 nentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa
 est in terris. Tu autem Domine. Responsorium:
 Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te
 armica mea, pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.*
 Faciamus adjutorium simile sibi. V. Eò quod post
 vocem tuam alterum nescieris, ideo manus Domi-
 ni confortavit te, & ideo eris benedicta in æter-
 num. Faciamus adjutorium. Ex eodem decreto
 sacri Basileensis Concilij. Lectio quinta: Hactenus
 verò difficilis quæstio in diversis partibus, & corâ
 hæc Sanctæ Synodo super Conceptione ipsius glo-
 riosæ Virginis MARIE Matris Dei, & exordio
 sanctificationis eius facta est, quibusdam dicentibus
 ipsam Virginem & ejus animam per aliquod
 tempus aut instans temporis subjacuisse actuali-
 ter originali culpæ. Alij autem è converso dicen-
 tibus, à principio creationis suæ Deum ipsam dili-

gendo, gratiam eidem contulisse, per quam à ma-
 cula originali illam beatissimam personam liberans
 & præservans, sublimiori sanctificationis gene-
 re redemit, eum fundaret eam ipse Altissimus, & ip-
 sam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset Mater
 ejus in terris. Nos verò diligenter inspectis aucto-
 ritatibus & rationibus, quæ jam à pluribus annis
 in publicis relationibus ex parte utriusque do-
 ctrinæ coram hac Sancta Synodo allegatæ sunt;
 aliisque plurimis super hac re visis, & matura con-
 sideratione pensatis, doctrinam illam differentem
 gloriosam Virginem Dei Genitricem MARIAM
 præveniente & operante divini muneris gratia singulari,
 nunquam actualiter subjacuisse originali peccato; sed im-
 munem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa,
 sanctamque & Immaculatam, tamquam piam & con-
 sonam cultui divino, fidei Catholice, recte rationi &
 sacre Scripturæ ab omnibus Catholicis approban-
 dam fore, tenendam & amplectendam diffini-
 mus & declaramus, nullique de cætero licitum
 esse in contrarium prædicare seu docere. Tu au-
 tem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Res-
 ponsorium: Fac tibi arcam de lignis levigatis,
 ruptique sunt fontes abyssi magnæ. Et factum est
 diluvium peccati super omnem terram. vers. Arca
 verò deifera elevata est in sublime, & ferebatur
 super aquas, opertique sunt omnes montes excel-
 si Sanctorum. Et factum est, &c. Ex eodem decreto
 sacri Basileensis Concilij. Lectio sexta: Ren-
 vantes præterea institutionem de celebranda sancta
 ejus Conceptione, quæ tam per Romanam quàm ali-
 as Ecclesias 6. Idus Decembris antiqua &
 laudabili consuetudine celebrabatur; statuimus,
 & ordinamus eandem celebritatem præfata die
 in omnibus Ecclesijs, Monasterijs & Conventi-
 bus Christianæ Religionis, sub nomine Concep-
 tionis, festivis laudibus colendam esse, eunctisque
 fidelibus verè pœnitentibus & confessis ea-
 dem die Missarum solemnijs, centum; primis au-
 tem vel secundis Vesperis totidem; Sermoni verò
 verbi divini de eadem festivitate interessentibus
 centum quinquaginta dies, concessione perpetuis
 temporibus duratura, de injunctis sibi pœniten-
 tijs, hæc sancta Synodus elargitur. Datum in ses-
 sione nostra publica in maiori Ecclesia Basileen-
 si solemniter celebrata decimo afferto kalendas
 Octobris, anno à Nativitate Domini millesimo
 quadringentesimo trigesimo nono. Tu autem Do-
 mine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium:
 Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eo-
 rum, arcam de lignis sethim compingite, & de-
 aurabis eam auro mundissimo intus & foris.* Et
 pones super mensam panes propositionis in con-
 spectu meo semper. vers. Inspice, & fac secun-
 dum exemplar quod tibi in monte monstratum
 est. Et pones. Gloria Patri. Et pones, &c. In
 tertio Nocturno Antiphona: Quæ est ista, quæ
 ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aro-
 matibus myrrhæ & thuris & universi pulveris pig-
 mentarij? alleluia. Psalmus: Cantate primum.
 Ant. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis li-
 bani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatoriū
 aureum, ascensum purpureum media charitate
 cōstravit, alleluia. Psal. Dominus regnavit, exulter.
 Antiphona: Quæ est ista, quæ progreditur quasi
 aurora consurgens, pulchræ ut luna, electa ut sol,
 terribilis ut castrorum acies ordinata? alleluia.
 Psalmus: Cantate secundum. V. Verè Dominus

est in loco isto, & ego nesciebam, alleluia. R. Non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta cœli, alleluia. Lectio sancti Evangelij secundum Lucam. In illo tempore, loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti: At ille dixit: quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et reliqua. Homilia Lectionis ejusdem. Legimus, charissimi, magni Dei librum intus & foris scriptum esse, linitamque intrinsecus & extrinsecus arcam in qua mansueculæ & tristega, legemque Dei multiplicem; Auctorem Job, & multa mysticæ ac omnia in figura patribus contigisse, secundum Apostolum nobis persuadentem. Omnes enim Prophetiæ (ut Augustini utar sententiâ) quæ non solum in verbis sunt; verum etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum sive templum, altaria, sacrificia, ceremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad illam servitutem pertineret, ea significata & pronuntiata sunt, quæ propter vitam æternam fidelium in Christo impleri cernimus, & implenda confidimus. Non immeritò igitur Christi fideles ac **MARIÆ** devotos, ad quos nobis hodie est sermo, rogatos esse velim, ut arcana ac profunda silentio perstruari non desinant, audiantque id Salvatoris: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Videant etiam, quid de ejus Matre scriptum sit, virginem enim fuisse in sacris codicibus contineri, nemo nostrum est qui ambigat. Hodiernis tamen temporibus, & cum æmulis nostris bellum est: attentos igitur reddo, *ne qui eam maculatam faciunt*, in eam incidant sententiam; desinant (obsecro) quia Mater Domini est, desinant quia soror est; abstineant quia sponsa illius est. Vos verò **MARIÆ** devoti, eia surgite, intelligite, mysteria secretiora colligite, laudate mecum **MARIAM**: quia zelus domus Domini commedit me; vulneravit cor meum in uno oculorum suorum. Omnes igitur in simul jubilando cantemus: *Tota pulchra es amica nostra, columba nostra, & macula originalis non est in te.* Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis: quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus noli metuere non morieris. Non enim pro te sed pro omnibus hæc lex constituta est. ¶ Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim pro te. Lectio octava: Videamus igitur quid sibi noster Evangelista velit. Exclamat mulier de turba: Beatus venter qui te portavit. Verè beatus venter, *qui nescivit maculam*, uterus puritatis, uterus innocentie, hortus omni suavitate repletus, domus Dei sancta, templum manu Dei factum, arca salutis, arca fœderis inter Deum & hominem, ubi reconditum manna suavissimum, tabernaculum ornatissimum in quo omnes mundi thesauri, civitas Dei cœlestis ædificata ex margaritis, vestis candida, tunica inconsutilis desuper contexta per totum, pellicula Salomonis admirabilis, caro Christi immaculata, mons Dei, locus in quo absconditus est Deus, habitaculum Spiritus sancti, hospitium divinitatis, viscera Deifera, scala paradisi, sol qui nescit occasum, luna perfecta, stella matutina, thronus excelsus super quem sedet vir qui est Deus & homo, mulier amicta sole, stellis duodenis coronata, turris fortitudinis ex qua mille elypei

pendent, murus inexpugnabilis cum propugnaculis. Talem obsecro, charissimi, considerate vestrem, & replebitis mentem: venter intactus, pater sanctus, immaculatus, mundus, virgineus, puritate plenus, verecundus, incognitus. Ambulate, charissimi, in porticu veri Salomonis, decubitate in thalamo tanti Regis, mentes elevat, introite cellam vinariam omni suavitate & odore repletam: hæc illa cella, illa anima, ille venter quem pertransivit Christi gladius, gladius puritatis, gladius innocentie, gladius Spiritus sancti procedens ex ore Dei & Agni: *& profunde penetravit, quæ à longè prævisam præservavit.* Lanca militis in Christi aperuit, cujus gladius pectus Mariæ perficavit. Tu autem Domine, nostri miserere. Deo gratias. Responsorium: Filius meus parvulus & delicatus, domus quam ædificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. Et ob hanc causam ante mortem suam omnia præparavit impensas. ¶ Elegi & sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & maneat oculi mei & cor meum ibi in cunctis diebus. Et ob hanc causam. Lectio 9. Quinimmo sicut qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. O inenarrabilis Filius in Matrem dilectio charitatis, non excludit mulieris dictum, sed excolit incognitum: non Matrem reprobat, sed ipsam in sublime exaltat. Audi muliercula divina heres, audi synagoga, audi turba Judæorum, audite ignorantia mulieris & crassa, audi tu abscondita, intellige admirandum responsum. I. *Audisti me Matrem; sed à laude defecisti: ignoras profecto cuius sit Mater, qualisque sit Filius, & quanto sit quam laudas.* Audi me **MARIÆ** Filium, audi Dominum & Deum tuum tibi absconditum: Mater mea magni Dei: Mater est non hominis solum, non tantum Prophetæ, sed plusquam Prophetæ: non solum sancti viri, sed Sancti Sanctorum: quia verbo concepit, audivit & obedivit, custodivit verbum quod sibi à Dño per Angelum transmissum est. Non maculatus est venter; sed concepit Verbum sanctissimum, sapienter obedivit, custodivit & Mater Dei effusa est. Sanctum in ventre portasse laudis est, verbum Dei audivisse, custodivisse, & ex Spiritu S. concepisse laudabilis multoque præstantius est. Si mulieris mulier; Mater mea beatissima est: non solum beata, quia fecit sibi magna qui potens est, transmissit enim Verbum suum in illum sanctum uterum, beatique ventrem, quia obedivit Angelico verbo & de Spiritu sancto concepit, & conceptum custodivit, nutrit & conservavit conferens in eade suo. Ista ergo quantum digna est, si potes laudastis extolle mulier, quia similem non invenisti. Talis profecto laudanda est, quæ sola super omnia electa est, *& post ruinam mei gratiâ sola immaculata concepta est.* Lauda tu istam, quia laudant eam in portis opera ejus; excludunt omnes ab illa ventre actualem maculam, *excludit igitur & in mente originalem.* Audi Augustinum dicentem in Julianum clamare hæreticum: Profecto, inquit, Christus minor existens originale peccatum habuisset, grandior ætatis accessu actuale non tenuisset: sanè quia major existens actuale non habuit, minor existens originale non habebit. Ple-nus igitur gratiâ Christus originali macula infectus, actuâ culpæ resistere non poterit & ejus ac-cillam jam restitisse dabitur? Lege mulier tuam Canticorum librum; vide si Mater mea in cunctis

vicio sensuum sit exclusa, sive hos dixeris interi-
 ores, sive exteriores seu minutas cogitationes
 inspereris. Sancta quippe viscera, sancta porta, san-
 cta postes ostij; beatus qui observat, qui dicit, qui
 conicitur postes ostij principium Conceptionis sue Im-
 maculatam; sancta quippe dum concipit sancta dum mundi
 porta invenit, sancta in utero, sancta extra uterum,
 sancta in operibus, sancta videndo, dum audit,
 sancta gustat, dum tangit, dum loquitur, dum ta-
 cet, sancta in habitu, sancta domi & foris, nihil-
 que inquinatum in ea. Cum esset Rex in accubitu
 suo, nardus nostra dedit odorem suavitatis, qui
 eleme me adhuc Filio in sinu cœlestis Patris, nar-
 dus humilis satis herba, humilis MARIA odorem
 dedit, mea charissima quæ ex fasciculo myrrhæ re-
 formata est ex mei morte dilecti Filij sui à tota congerie pas-
 sionum, qui myrrhæ & aloë per linitus sui, qui in-
 ter ubera commoratus, quia caro nostra caro una
 est,actus noster floridus est, & tigna domorum
 nostrarum cedrina, quoniam ambo sine macula. Vide igitur
 mulier & considera, quando mater & soror
 mea alloquenda est; quomodo eam laudes, ne de-
 beat à laude: si enim parvula sit & ubera non ha-
 beat, sic se ubertatem præservandi à macula non teneat,
 murus tamen est & ostium: si murus, ædificemus
 igitur super eum propugnacula argentea inno-
 centiæ & candoris; si ostium paradisi, si porta per
 quam mundum intrare debeo, dignum profectò
 erit ut compingamus illud tabulis cedrinis omni
 puritatis odore repletis. Murus est igitur inexpug-
 nabilis ab insidijs venenoque diaboli, quæ neque
 fœrentia jacula, neque ejus venenosos timet affla-
 tus. Revertere igitur mulier, & intuerere modò sua-
 vitatem nostram, vide quàm pulchri sunt gressus fi-
 liæ principis, filia patris mei & matris meæ, &
 habitationis Spiritus sancti; vide quomodo lau-
 dare debeas, vide miranda, audi stupenda, con-
 sidera altiora: ista est quæ fecundatur à Patre meo,
 dum me Verbum suum audiendo suscepit; præser-
 vatur à me Filio, dum me Verbum ab ipsa suscipien-
 dam intelligo; custoditur à Spiritu sancto, dum
 post me Verbum susceptum ac suscipiendum eam
 ab omni peccato maculari non permittit. Supra er-
 go tu Deus, o MARIA, & in te Deus, & circa te De-
 us, in omnino nullis insidijs diaboli violari possis.
 Dicamus igitur cum Augustino, quòd si prædicta
 incorruptio MARIE non congruit, congruit ta-
 men Filio quem genuit. Illud ergo sacratissimum
 corpus de quo Christus carnem assumpsit, in quo
 divinam naturam humanæ univit, eam vermi-
 bus traditam (nos verò tantò magis dicamus ef-
 tum diabolo datam) quia sentire non valeo, dice-
 re perimesco. Latere igitur MARIA lætitia inenar-
 rabili, etiam proprio Filio per proprium Filium,
 nec illa præcedere necesse est infectionis ærumnæ,
 quam nulla secuta est tantum Filium parturiendo
 integritatis corruptio, ut sit semper Immaculata
 quam tanta perfudit gratia. Non immeritò igitur
 dies constituitur, in quo Deo exhibeantur
 debite gratiarum actiones, quia nulli dubium est,
 teste Hieron. quin totum ad laudem Christi per-
 tineat, quicquid dignè ac laudabiliter Genitrici
 sue fuerit impensum ac solemniter exhibitum.
 Diem ergo festum hunc celebremus, quia opus
original, aunque al pronunciar la sentencia no se exceptuó persona alguna, como queda dicho; no obstante que por estos dolores no ofendia à Dios, ni por ellos se hacia la Virgen su enemiga, y esclava del demonio, ni perdía su nobleza, y solo si ántes hubiera sido de la cosa material: quanto mas bueno (es fuerza conociese) era el exemplar lo espiritual, de aquello que aunque no hubiera sido sino por un solo instante, la habria hecho esclava del demonio, enemiga de Dios y indigna Madre de un dignissimo Hijo; luego si es necesario que Dios conociese era bueno y justo dar à su Hijo una Madre de las calidades que se han dicho, y su poder lo pudo, es menester ver ahora si su voluntad lo quiso, ò no lo quiso. Si lo quiso su voluntad, no ay duda que su poder lo pudo, como queda probado: porque sino seria defectuoso, no infinito, ni eterno, ni omnipotente; cosa que es imposible. Ahora pues, sino lo quiso su voluntad (porque, como dicen en las Escuelas, no todo lo que puede lo quiere por la voluntad consequente) sera menester decir que faltó en algo en la parte de la bondad y de la magnificencia su voluntad con su Hijo, pues no habria tenido con el toda aquella buena y excelente voluntad que havia conocido era justo tener para obrar con proporcion; y no habria sido su voluntad tan buena, infinita y eterna con su Hijo, como podia ser, pues no le habria dado todo aquello que conocio era bueno y justo darle y que podia hacerlo si querias; así habria sido finita y limitada su buena voluntad para con su Hijo, y habria sido mayor su buena voluntad con Eva al tiempo de criarla, que con la Virgen santissima: cosa que es imposible y absurda; y así concluímos que es fuerza lo quiso su voluntad, para que fuese buena y grande infinitamente con su Hijo. Y á estas razones claras y manifiestas no puede tener fuerza el decir (como dicen algunos) que si la Virgen no hubiera incurrido en el pecado original no habria tenido parte en los meritos de la Pasion de JESU CHRISTO; pues no habria muerto por ella, como murió por todo lo restante del genero humano. Cosa absurda: porque sino mereciera redimida con la sangre de su preciosissimo Hijo, fue porque era necesario obrar con la Hija del Padre, Madre del Hijo, y Esposa del Espiritu Santo alguna cosa mayor y no comun, y hacer por ella mas que por todas las otras criaturas; lo qual fue preservarla de la culpa y del pecado original por los meritos de la misma Pasion de JESU CHRISTO, pues no debian servir à la Reyna de los Angeles y Imperatriz del mundo igualmente, y como habian de servir y aprovechar à todos los demas descendientes de Adán, sino que hubiese alguna diferencia notable, y esta fue la preservacion que se ha dicho; habiendo en esto merecido mas la Madre del Verbo Divino que todas las otras criaturas, pues mas es preservar que redimir. Y así se entiende aun comunmente; pues mayor beneficio se hace à uno en impedir que le cautiben que no dexandolo cautivar, redimirlo despues; mas es impedirle que cayga que despues de haver caydo levantarlo. Quando me impide que no me cautiben, me libra de caer en esclavitud: el que me saca de cautiverio me redime de aquella ignominia. Pero no puede hazer que ya yo no haya pasado la infamia de haver sido esclavo; y así no tiene duda

que es mas obrar lo uno que lo otro, y imposible que la Pasion de JESU CHRISTO dexase de obrar en su bendita Madre lo que fuese mas; siendolo, como queda probado, el preservar que el redimir, que duda puede tener obraria lo que fuera mas, y no lo que fuese menos. Y así es absurdo el decir, que porque no hubiese sido concebida la Virgen santissima en pecado no habria tenido parte en la Pasion de su santissimo Hijo.

Para comprobar todo lo que havemos dicho nos valdremos tambien de las palabras del Angel quando le trujo la embaxada del Altissimo. Plena de gracia la llamó; y una cosa plena en buena Philosophia no lo puede ser aunque no le falte sino la mas minima cosa para llenar el bazo que se debe ocupar. Un vaso lleno de agua, si le faltase una sola gota, no se podria decir propriamente ni en rigor que estaba pleno de agua; pues como podria ser aquel preciosissimo vaso de virtudes pleno de gracia, si, aunque no hubiese sido sino por un solo instante, hubiese estado bazo y falto de todas las virtudes en pecado mortal, esclavo del demonio, y enemigo de Dios, y por consequente bazo de gracia y el haverlo estado un solo instante, ò muchos, importa poco para explicar y entender bien las palabras del Angel, pues para con la eternidad lo mismo es un instante que muchos siglos; y así sino hubiera sido concebida sin pecado, no la hubiera llamado el Angel plena de gracia. De todo lo qual se infiere con evidencia y demostrativamente que la Virgen santissima fue concebida sin mancha de pecado original en el primer instante de su ser, siendo así mismo necesario para que hubiese proporcion entre el Padre y la Madre del Verbo divino, y que pues havia tenido en quanto Dios el mas dignissimo, nobilissimo, y santissimo Padre, tubiese (para que fuese en todo bien ordenada la proporcion) en quanto hombre la mas dignissima, nobilissima, y santissima Madre que hubiese havido ni pudiese haver; lo qual no pudiera ser si la Virgen hubiera sido concebida en pecado. Remitiendo todo este Discurso à la censura de la Santa Sede Apostolica, al qual sentir me conformare siempre. Hæc piissimus hic Princeps, & Immaculatæ Conceptioni devotissimus: in quibus ostenditur ejus erga mysterium zelus ardentissimus. Extat Opusculum manusc. apud nos, & quia dignum prælo judicamus, ideo hic publico juri damus.

Item, año 1659. votum fecit de tuendâ Immaculatæ Conceptione Virginis MARIE, erigique fecit præclara Trophæa in Capella Rosarii apud Dominicanos Bruxellis, suoque exemplo induxit status Brabantæ & Ordines, imo totum Belgium ut jurejurando se obstringerent defensionî Immaculatæ Conceptionis, sicut fecerunt.

Item, quotannis celebrat solemnem octavam Immaculatæ Conceptionis B. Virginis in Regia Capella SS. Rosarii Bruxellis, cum Missa solemnî quotidiana, Concione & Salve; quibus omnibus interest cum excellentissima sua conjuge, & Nobilibus ac Magnatibus Belgii. Vide de hac re R. P. Laurentium Haas Minoritam in sua Legatione ad Capitolium.

LUDOVICUS Beurrier, Cœlestinus Gallus, in libro Les analogies, & antitheses de l'incarnation du Fils de Dieu, & des actions les plus notables de sa vie avec le peché d'Adam, cap. 3. folio

42. affirmat: *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali in prima sua Conceptione*, latè. Lib. impress. Parisijs 1632. in 8.

LUDOVICUS Blofius, Monasterij Latienfis Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, hæc habet pro Concep. Anonymus in Paradiso animæ fidelis, endologia 1. ad Beatam Virginem, fol. 52. inquit: *Tu vas purissimum omni amaritudine carens. Tu cella mundissima longè latèque gratissimum odorem diffundens. Dominus creavit te Virginem Immaculatam &c.* Item, endologia 2. Ave incorrupta, & ab omni illuvie immunis Virgo Deipara. Tu granum purum à palea excussum. Tu lilium inter spinas. Tu Sol clarissimus descensus prorsus nesciens, &c. Item, part. 4. in officio Horarum de JESU & MARIA vocat ipsam præ omnibus puram sine macula, solem defectum nescientem, totam pulebram, &c. à folio 92. usque 110.

Item, in Sacello animæ fidelis, in precationibus ad Virginem, folio 255. Ave suavis MARIA quam Deus ab originali culpa honorando privilegio præservavit, & singulari gratia eximisque donis ornavit, &c. Item, ibidem cap. 5. folio 264. de Beatæ Virginis MARIE Matris Dei dignitate, inquit: *Eam omni peccato & macula tam originali, quam actuali ultra communem conditionis humane modum præservavit*, tantæque munditiæ, sanctitate, ac perfectione exornavit, ut ipsa sit omni Angelica puritate purior. Item, ibidem: Porro quod ad manducationem Conceptionis huius Virginis Matris Dei atinet, non est quod dubites, licet plerique ex antiquioribus Patribus dubitasse videantur, cum nondum festum ejusdem Conceptionis in Ecclesia Romana celebraretur. Modò enim in orbe Christiano Catholici secuti ipsam Romanam Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum caput & magistra est, sectum illud jam olim receptum alacri lætaque devotione celebrant, recolentes exordium nostræ felicitatis, quando scilicet nobilissima anima MARIE à Deo creata, & ipsius sanctissimo corpuscule citra originalis culpæ contractionem insusa fuit. Quapropter mirum sanè est, adhuc nostro ævo inveniri aliquos, qui hac in parte non satis illuminati, puritatem Conceptionis ejusdem Beatissimæ Virginis vocent in dubium, & suam opinionem in ea re obstinatius tueantur, citantes quasdam sententias sanctorum Patrum, qui tamen si nunc hic viverent aliter proculdubio sentirent, quàm isti eos sensitse dicunt. Certè Romana, eademque Catholica Ecclesia, quæ errare non potest, hoc ipso quoddam festum Conceptionis Deiparæ Virginis celebrandum assumpsit, satis adstruit atque affirmat eandem Conceptionem fuisse omnis contagionis expertem ac sanctam: profana siquidem facta non novit Ecclesia. Precatur autem Deum in ipso incontaminatæ Conceptionis festo, his verbis: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Quidam igitur antiquorum sanctorum Patrum loquens de istis verbis Prophetis: Egredietur virga de radice Jesse, rectissime ait: MARIA virga illa est, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Itemque alius dicit: Temerarius est in MARIA Virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum. Revera ita est: nam piæ aures offendit, quisquis modò asserere non veretur præcellam illam Heroidem, quæ spiritibus Angelicis sanctior est, obnoxiam fuisse peccato originali, quod hominem efficit membrum diaboli, & filium iræ. Decuit omnino, ut ea, quæ Chri-

stum Dominum Deum nostrum concipere ac parere, caputque serpentis antiqui conterere debebat, nunquam vel ad momentum subiecta esset eidem serpenti, nunquam esset filia iræ. Hoc privilegio honorata est Mater Altissimi.

Item, in Appendice 1. Institutionis spiritualis, cap. 2. de Deipara Virgine MARIA, folio 334. inquit: Nam supremæ vires ejus in suam seise vertebant originem, eidemque uniebantur: infimè verò supremis obtemperabant, sicut in Adam cum adhuc justitiam innocentiamque originalem retineret. Qui quidem ornatus hinc illi accessit, quod originalis culpæ expertis fuerit, à qua eam præservavit filius ipsius. Neque enim vel ad temporis momentum filia iræ aut vas immundum diabolico dominio subiectum fuit, sicut nos omnes fuimus. Nam hoc sapientia æterna prævidit, nolens esse Christum templum suum aliqua labe adspersum, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1632. in fol. magno, Colonia 1606. in 4. regali, & Antuerpiæ anno 1637. in folio.

LUDOVICUS Bocanegra, Ordinis Augustini Hispanus, scripsit Canticum præ in nomine Deiparæ à peccato originali. Impress. cum alijs Granaræ 1651. folio 238.

LUDOVICUS Borbonius, Princeps cognomento Bonus, regnante Carolo VI. Francorum Rege, cum totam spem in Christo & beatæ Virginis posuisset, videns Francorum Regnum ab Anglis diripi, instituit Ordinem Equestrum Cardui B. MARIE; constabat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus & nobilioribus totius Regni Galliarum. Prædicti vero Equites in festo Conceptionis B. MARIE procedebant in magna gloria: gestabantque in extremitate torquis aureæ imaginem dicitur Virginis sole amictam, duodecim argenteis bellis coronatam, atque semicirculum lunæ habentem sub pedibus: caput autem Cardui ex viridi & albo contextum in extremitate rotundi videbatur. Vide Hippolytum Marraccium in Principibus Marianis, & Auctores ibi citatos, & Benedictum Gonnium in Chronico SS. Deiparæ ad annum 1370. fol. 316. Lib. impress. Lugduni 1637. in 4.

LUDOVICUS de Bustamante, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, edidit Orationem panegyricam Evangelicam sub hoc titulo: En las festividades de la nóbilissima y leal ciudad de Guadaluaxara consagra todos los años à la inmaculada Concepcion de MARIA sanctissima Señora nuestra, estando patente el santissimo Sacramento. Prædicata fuit in Monasterio Conceptionis ejusdem Civitatis die 11. Aprilis 1655. & impress. Martij eodem anno.

LUDOVICUS Camargo, Episcopus Cantuariæ, recepit votum factum à Confraternitate Charitatis in Ecclesia sancti Georgij Hispaniarum. Ex Antonio de Leon anno 1653. die 9. Februarij.

LUDOVICUS de Camargo, Societatis Jesu Belga, in Theibus de Peccatis habitis Lovanii die 21. 22. & 23. Novemb. 1650. hæc defendit: *Dicitur de originali & illius debito Deiparam non conveniunt, quæ utroque immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

LUDOVICUS de Campo, Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit Judicium de Immaculata Beatissimæ semperque Virginis MARIE Conceptione, ac pro illius ultima diffinitione & Apollinica canonizatione humil. supplicat. ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. Pontif. Max. &c. Hispani 1650. LUDO-

LUDOVICUS Carterius Vocantius, Sacrae Theologiae Doctor, in libello cuius titulus est: *Iusta expostulatio de P. M. Xantes Mariales Ordinibus Prædicatorum, Auctore Bibliotheca Interpretum ad Summam D. Thomæ quatuor voluminibus distincta*, Venetijs edita: anno 1666. & per Antichrononimum anno 1638. sæpissime agit de *Immaculata Conceptionis sententia*. Lib. impress. Gorogoviz anno 1662. in 8.

LUDOVICUS Carvajalus, Ordinis Minorum Hispanus, primò scripsit Declamationem expostulatoriam pro *Immaculata Conceptione Dei Genitricis MARIE* in quindecim capita divisa, quæ immessa fuit Hispani, ut ibidem dicitur, in vigilia Immaculatae Conceptionis 1533. in 8. parvo. Secundò, Declamationem expostulatoriam in 33. capitula partitam pro *Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis* cum dilutione 15. argumentorum, quæ adversus præfatam Declamationem quidam eidem Ludovico Parisijs objecerat. Parisijs 1541. in 8.

LUDOVICUS Carvoa Costaciario Perulinus Italus, in libro: *Explicationes orationis Dominicæ*, cap. 45. fol. 390. circa dubitationem, quomodo illi, qui nullius culpæ est sibi conscius, & pro his peccatis abundè satisfecit, verè dicere potest illud: *Dimitte nobis debita nostra*, &c. inquit: *Quo fit, ut etiam Christus dum pro omnibus oratur, eandem quam nos docuerat precandi formam mutare potuit. Idem dicas de Beatissima semper Virgine, quam credibile est hanc orationem frequentasse: quæ amen ab omni pro suo culpa fuit omnino aliena*. Impress. Venetijs 1590. in 8.

Item, in libro dicto: *Fons vitæ & sapientiæ, vel ad veram sapientiam acquirendam hortatio*, cap. 26. folio 236. inter plura alia de B. Virgine inquit: *Si primis carnalibus Parentibus à Deo formatis omnes naturales & supernaturales animi dotes fuerunt tributæ; cur non etiam huic omnium fidelium spirituali Matri, huic (inquam) tabernaculo, quod Deus sanctificavit? Si Angelis, servis, & hominibus peccatoribus scientiarum habitus divinos tributi fuerunt; cur non huic, & Angelorum mater Regina ab omni labe peccati aliena?* &c. Lib. impress. Venetijs 1588. in 8.

Item, in libro de interiore homine, vel de sui ipsius cognitione, cap. 9. folio 30. inquit: *Quare, cum omnes homines per Adam mortui sunt (ex quo tamen semper Beatissimam, & semper Immaculatam Virginem, quæ semper tota pulchra fuit, ut significari videtur, cum de ea dicitur, esse absque eo quod intrinsecus laet, id est, absque originali culpa, quæ lege Dei ordinaria humanæ naturæ intrinseca est) hominem de novo generari, ac renasci per generationem spirituales necesse est?* &c. Lib. impress. Venetijs 1585. in 8. & Colonia 1617. in 8.

Item, in Compendio Theologiae S. Thomæ Aquinatis, &c. de Beatae Virginis *MARIE* Conceptione Questionem unam, quam explicat secundum mentem S. Thomæ, ut ejus Expositor. Impress. Venetijs 1587. & Colonia 1620. in 4.

LUDOVICUS de las Casas Hispanus, & utriusque Juris Doctor, cum magna esset contentio inter Patres Dominicanos & Franciscanos circa Conceptionis mysterium, edidit Defensorium Hispani ad annum 1603. pro *Immaculata Virginis puritate ac ejus immunitate à peccato originali*. De quo agit Bartholomæus Guerrerro in suo libro fol. 11. p. pag. ad finem. Pistoia folio 225.

Item, pro defendenda pura Conceptione Virginis *MARIE* Tractatum. Hispani 1503.

Item, edidit Defensionem prædicti Tractatus de *sanctissima Conceptione*, Latine. Vide Hippolytum Marraccium in Bibliotheca & in Catalogo ad annum 1503.

LUDOVICUS Caspensis Cæsaraugustanus, Ordinis Sancti Francisci Hispanus, in Cursu Theologico Complutensi, &c. in tom. posteriori tract. 20. de Incarnatione, sect. 9. num. 156. fol. 322. agit de *redemptione Deiparæ Virginis MARIE à peccato originali, à quo immunus fuit & preservata, & quod non incurreret proximum debitum, &c.* Lib. impress. Lugduni 1643. in folio.

Item, in Tractatu de Peccatis, disputatione 1. sectione 5. & 6. folio 453. numero 57. excipit *Beatam Virginem MARIAM à peccato originali, &c.* Lib. impress. Lugduni 1641. in folio magno.

LUDOVICUS Catalaunius, Poeta Hispanus, in Certamine habito Valentia anno 1486. scripsit Poëmata de *immunitate MARIE Virginis*. Extant cum alijs apud Ferrand. Diaz.

LUDOVICUS de Sancta Cæcilia, Sacerdos Italus, de *Conceptione Virginis MARIE* ad diem octavam Decembris Legendam seu Concionem extractam ex Operibus R. P. Petri de Ribadeneira Societatis Jesu, in libro vitæ Sanctorum, ubi multa de Immaculata Virginis Conceptione. Impress. Romæ 1634. in 8.


LUDOVICUS de Cespedes, Magister Hispanus, edidit Carmina pro *Immaculata Virginis Conceptione*, quæ extant apud Simonem Diaz in imagine de la Fuencilla, folio 96.

LUDOVICUS Chantereau, Ordinis Sancti Augustini Doctor Theologus, Confessarius Regis Christianissimi, Episcopus Matifcon. ob maximam quam erga *Immaculatam Conceptionem* devotionem habebat, restauravit ejus antiquam Capellam in eodem Conventu Parisiens. sitam; posuit imaginem Conceptionis in quatuor partibus Claustris; Capellam verò muneribus exornavit, baculumque suum pastoralem eidem reliquit, qui postea aliqua miracula fecit anno 1530. ut refert Anonymus Augustinianus in libro Privilegiorum ejusdem Confraternitatis Conceptionis, fol. 39. & apparet ex Epitaphio ibi posito, quod vidimus cum Epigrammate.

LUDOVICUS de Civitate Sancti Angeli, Ordinis Minorum Italus, in Annotationibus ad lib. Grandezze del Verbo Joan. Domin. Monte fusioli, in annotat. ad lib. 2. folio 118. ad illud: *In capite ejus corona stellarum duodecim*, inquit: *La prima è dunque che ella fù di stirpe Regia. La seconda che nasque per miraculo da Padre è Madre sterili. La terza che fu Conetta senza peccato originale. La quarta che fu preservata da ogni peccato etiam dio veniale, &c.* Lib. impress. Neapoli anno 1593. in 4.

LUDOVICUS de Conceptione Hispanus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in libro: *Examen veritatis Theologiae Moralis*, in principio habet Tractatum seu Opusculum sub hoc titulo: *Præambula pro Immaculata, & absque originali labe peccati Beatissima Dei Genitricis Conceptione*, jam sine questione quaestio, oratioque prædictæ manifestativa veritatis, quam Discalceati filij Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in cordibus suis, patrum etiam

in filios successione retinent, &c. Item, ad finem libri habet aliud Opusculum sub hac inscriptione: Corollarium unicum, & ultimum: quia in eo ex eoque hæc de examine veritatis Theologiæ Moralis pars finem accipit prima; unicumque quia appendix est illius jam sine quæstione præambulæ quæstionis, quam in ipsius initio de *Immaculata Deiparæ Conceptionis puritate* tractavi, &c. Lib. impress. Matriti 1655. in folio cum imagine in principio Immaculatae Conceptionis pulcherrima, & singularibus exornata Hieroglyphicis. Hic Auctor in primo Opusculo conclusione 3. num. 166. adducit quoddam prodigij genus quod prætermittere nolui, & illud referam eisdem Auctoris verbis. Ait ergo: In domo cujusdam Clerici Presbyteri pronomine Salazar in magnæ tempestatis nocte è cælo vel nubibus cum grandine reliquo lapis quidam cecidit vel saxum, cujus magnitudine & formam infra apponam. Per dies aliquot in loco ubi talis cecidit lapis, magnus adfuit splendor testantibus pluribus. Rei novitate ductus Dominus domus prædictæ invenit lapidem & in eo utraque ex parte quæ sequuntur formata ex ipsa lapidis materia verba, apponendis etiam characteribus signata. Ex una prima parte lapidis sic se habent verba: *Ave MARIA Virgen y Madre de.* Ex altera verò parte prosequitur sic: *Dios concebida sin pecado original.* Sic se habent verba. Hunc lapidem possidet fœmina quædam nomine la Efeudera, quæ in testamento suo illum legatum habet mei Ordinis Collegio prædicto in Oppido existenti. Hoc non vidi, sed mihi testati sunt meæ Religionis oculares testes omnique exceptione majores P. F. Michaël à Matre Dei, F. Antonius à Sancto Francisco ejusdem Collegij Minister anno 1652. P. F. Michaël de S. Joseph. P. F. Ildephonsus de S. MARIA actualiter Minister Collegij, &c. Forma & magnitudo lapidis ab ipso posita, est hæc:



LUDOVICUS Cresolius Armonicus, Societatis Jesu, in libro dicto: *Mythagogus de sacrorum hominum disciplina*, tomo 1. libro 3. de Cultu sanctissimæ Virginis Dei Matris, cap. 19. fol. 658. littera B. vocat Virginem ex diversis Patribus Arcam sanctificationis, quam nova sanctificatio gloriæ intrinsecus & extrinsecus auravit, & que universum sanctificationis thesaurum suscepit, omnibus ac singularibus atque inulitatis beneficijs fuit prædita, &c. Lib. impress. Lutetiz Parisiorum 1629. in folio. Si universum sanctificationis thesaurum accepit, & in thesauro sanctificationis continetur justitia originalis, sive præservativa redemptio vel Conceptio in gratia; igitur & hanc accepit vel habuit.

Item, in Anthologia sacra de Selectis piorum hominum virtutibus, animique ornamentis, decade unica cap. 11. de Castitate, sectione 4. fol. 377. littera B. inquit: Imitamini signaculum fidei vestræ MARIAM BEATAM (quam velut ignis ferrum) Sanctus Spiritus totam decoxit, incanduit & igni vit, ita ut in ea Spiritus Sancti flamma tantum videatur & sentiatur, &c. Lib. impress. Lutetiz Parisiorum 1632. in folio. Si

tota decocta à Spiritu Sancto, & in ea tantum videbatur & sentiebatur Spiritus Sanctus, pro illo instanti Conceptionis vide quid sentias.

LUDOVICUS Crespi à Borja, Episcopus Oriolensis Hispanus, deinde Placentinus, & ad S. D. N. Alexandrum VII. pro causa Immaculatae Conceptionis Legatus ex parte Philippi IV. Regis Hispaniarum Catholicæ, scripsit contra quendam Hyacinthum Arpalegum, & ipsius Tractatum apologeticum typis excutum adversus defmitatem sententiæ negantis labem originariam in Beata Virgine Deipara, Propugnaculum Theologicum pro mysterij Immaculatae Conceptionis MARIÆ Virginis defmitate, ubi eruditissime ac doctissime prædicti Hyacinthi Arpalegi fundamenta convellit, cavillos sive lophismata eludit, & totius sue apologiæ argumentum omnino falsum esse, apertissime demonstrat. Bis impress. Valentie de Neapoli in 4. Vide Christophorum de Vega in Theologia Mariana Palest. 3. cert. 9. n. 306.

LUDOVICUS à Cryptaleis, Ordinis Minorum, in Elogio Virginis MARIÆ de Conceptione sic inquit: Arca Noëmitica bitumine castitatis linita, in impudicitia diluvio ne pereat, & sordibus handspægon purgata, est præpurgata ne sorderet. Nubes vero, quæ sine peccati favina, virga ficulnea nodolante recidit, &c. Impress. in charta expansa Livij 1653.

LUDOVICUS Davila, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: *Discursos morales del Santissimo Sacramento*, tractatu 3. cap. 14. folio. 170. inquit: La materia fue la Sangre purissima de la Virgen serenissima Señora nuestra, que en lei de sangre fue la mas pura, mas limpia, mas sencilla, y mas agena de todo afecto bruto ò sensualidad, &c. Por esta parte el alma de la Santissima Virgen era agena de toda culpa original y actual, &c. Lib. impr. Toleti 1603. in 4.

LUDOVICUS Decimus tertius Galliarum Rex Christianissimus, composuit Librum, cui titulus: *Parva Christianæ pietatis officia*, & folio 267. adducit officium pro Conceptione Virginis MARIÆ. Invitatorium: Conceptionem Virginis MARIÆ celebremus, Christum ejus Filium adoremus Dominum. Hymnus: O quam glorificata luce coruscas, &c. Antiphona! Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Est officium particulare. Impress. Parisius 1643. in 4.

LUDOVICUS Diaz de Aux, Poëta Hispanicus, edidit Canticum pro Virgine MARIÆ absque peccato originali concepta. Ita apud Zapatam de Conceptione, folio 89. & aliam folio 146.

LUDOVICUS Donins Attichius Parisinus, Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, Episcopus Rhegiensis, nunc Eduensis, in libro de Vita Cardinalium, in Vita Francisci Cardinalis Ximenij, num. 52. & 53. agit de Conceptione Virginis MARIÆ, & devotione servi Dei erga hoc mysterium. Vivit hoc anno 1662.

LUDOVICUS Fernandez de Cordova, Hispanicus & Episcopus, in Salmantinis Constitutionibus Synodalibus inter dies festos constituit Conceptionem Domine nostræ, ac semper Virginis MARIÆ. Vide verb. Salmantina Ecclesia.

LUDOVICUS Fernandez de Cordova, Marchio de Pliego ac Dux Feriz, die 8. Martij 1651. elegit pro Patrona præcipua, & in capite suæ domus ac Civitatis de Montilla Deiparam Virginem MARIAM sub titulo Immaculatae Conceptionis absque originali

quod peccato, &c. Exstant instrumenta authentica de recepta in Conventu Aracellitano, & nostro Archivo Ultramontano.

Item, scripsit Epistolam satis piam ad SS. D. N. Innocentium X. pro confirmatione institutionis Patronatus Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE in eadem domo & civitate, quam nos in tomo 2. Armament. Seraph. integram dabimus.

Item, scripsit alias Epistolas pro eodem negotio Immaculatae Conceptionis MARIE ad Duce[m] del Infantado in Curia Romana Legatum ordinarium, & alios Praelatos Ord. Minorum. De quibus alias.

LUDOVICUS Ferrer, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Oratione & Meditatione, in Italis Deipara Virginis, inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos Domina. Matriti 1611. & Barchinone 1607. in 16.*

Item, in libro P. Costeri de Meditation. vitae & studium sacratissimae Virginis MARIE Hispanice, de Conceptione Virginis MARIE a fol. 1. usque 49. Lib. impress. Barchinone 1608. in 12.

LUDOVICUS Fidelis Nerus, Canonicus Tortacensis, in Opusculo de Humana restauratione, cap. 10. sub hoc titulo: *Christipara Virgo multipliciter fuit in veteri Testamento designata, fol. 22. inquit: Ceterum nomine tabernaculi illius insigne Regius Plaltes, inquit: Sanctificabit tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio eius non commovebitur; adiuvabit eam manudiluculo. Quid (quæso) tabernaculum hoc, nisi Christipara Virgo singulari beneficio sanctificata, in cuius utero veluti tabernaculo quodam precabili novem mensibus resedit Christus, quam manè diluculo elementer adjuvabit, quod sine peccato originali sit concepta & edita mundo? Item: Illam virga prefiguratur, de qua Isaias, &c. Lib. impress. Amuerpiae 1569. in 16.*

LUDOVICUS Galvatus, Italus, in libro cuius titulus est: *Ad Famulorum Deiparae Virginis erga eandem vel excitandam, vel augendam devotionem, &c. in Soliloquio, folio 14. Quod Virgo MARIA fuit tota pulchra, quia non habuit originalem peccatum, &c. Lib. impress. Romae 1637.*

LUDOVICUS de Gongora, Poeta Hispanus, in Canticone de Beata Dei Genitrice MARIA criticè, ut semper, hæc habet:

*Executoriando en la revista,
Todos los privilegios de la vista.*

Est autem impress. in libro Sacrarum Toletani, folio 41. & fortè vocat privilegium de la vista illud quod adepta est Virgo in sua Conceptione, & illud de la revista est privilegium suae Assumptionis in corpore & anima.

Item, Soneto 4. ex sacris, sic inquit:

*Si ciega no asistio natural exa,
Admirada en la tuya (à gran Señora.)
Concepcion limpia, donde ciega ignora,
Lo que munda admirò de tu pureza.*

Lib. impress.
LUDOVICUS Granatensis, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Concionibus de præcipuis Sanctorum festis, folio 41. In Conceptione sacratissime Virginis MARIE Concionem 1. quæ primo loco de miseranda hominis cõceptione in peccato agit: secundo verò eximias Beatissimæ Virginis virtutes & laudes prædicat. In hoc ergo primo sermone, pro immunitate Virginis à peccato habet sequentia: Hodie enim summum hoc redemp-

tionis nostræ opus inchoatum est. Hodie quippe Virgo illa concepta est, ex qua mundi Conditor & Redemptor carnem pro salute mundi erat assumpturus. Hodie prima hujus operis fundamenta jacta sunt. Hodie arbor illa plantata est, quæ fructum vitæ erat prolatura, quo genitricis humanæ morbus vitæ arboris fructu contractus sanandus erat. Hodie in paradiso Ecclesie virga illa de radice Jesse confita est, ex qua pulcherrimus ille flos emicuit, super quem Spiritus Domini requiesceret, de cujus plenitudine omnes acciperemus. *Hodie enim Spiritus sanctus te- lam texere cepit, ex qua æterno Dei Filio mortalis naturæ vestem aptaret. Hodie denique caro & sanguis ille coagulatus est, ex quo carnem & sanguinem Filius Dei sumpturus erat, quem pro salute nostra funderet, &c. Præsentis diei solemnitas, quæ sacratissima Virginis Conceptioni dicata est, nos admonet, Fratres, ut de nostra prius conceptione pauca dicamus. Omnes enim gravi languore ægrotamus, quia omnes in originali peccato concepti sumus, &c. Si ergo Dei Filius homo futurus erat, Matrem utique habere debuit ex qua humanam naturam assumeret; qualis verò illa femina futura erat, quæ illum concipere mereatur? Virgo terè Angelis purior, astris splendidior, quæ venientem in has mortalitatis oras Dei Filium castissimis visceribus, & virgineo thalamo exciperet. Quæ quidè ab æterno ad hoc munus destinata hodie concepta est; quæ ex re, quanta sit hujus diei solemnitas, intelligere licet. Hodie Deipara V. concepta (ut initio dicebamus) summum illud humanæ redemptionis opus inceptum est. Duo autem celeberrimi dies habentur, cum templum aliquod ingens, aut insigne opus construatur; alter cum opus incipitur, alter cum finitur. Hunc autem diem excellentissimi operis, hoc est, redemptionis nostræ initium fuisse, Petrus Damianus declarat his verbis: Solemnitas hodierna Beatissimæ & intemeratæ Dei Genitricis meritò præcipuum & singulare præbet omnibus gaudium, quæ totius extitit humanæ salutis exordium. Exultemus ergo, dilectissimi in hac die, in qua, dum Beatissimæ Virginis prævenimus exordium, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus initium. Primum enim fuit Virginem procreari; proximum verò ex ea Dei Filium carnem assumere, & in ea mundum expiare: quam quidem expositionem cætera Sanctorum festa sequuntur, qui laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni. Quæ eum ita sint, quæ (quæso) ala criteate, qua devotione hic dies à nobis celebrandus est? Quid enim gratius, quid jucundius mundo nuntiari potuit, quàm hoc ipso die purissimam quandam Virginem conceptam fuisse; ex qua Dei Filius humanam carnem pro salute mundi erat assumpturus? Ceterum, quando hæc ipsa die nascituro Dei Filio domus fabricari cœpta est, quis ejus fuerit ornatus & elegantia, expendere incipiamus. Hoc (ut idem Petrus Damianus interpretatur) Salomon explicuisse videtur, cum ait: Sapientia ædificavit sibi domum, exclidit columnas septem; quia videlicet septem Spiritus sancti donis, hoc est, gratiarum omnium charismatis spiritualis hæc domus suffulta fuit, &c. Cum enim illius assumptæ naturæ vel decus vel dedecus in Deum eaderet, debuit utique humanitas illa summam gratiâ & sanctitate pollere,*

ne quid in ea esset, quod immensam illam majestatem obscurare vel dehonestare ullo modo posset. Quod cum ita sit, simili quoque argumento sacratissimæ hujus Virginis dignitatem colligere licet. Constat enim verum esse quod Salomon ait: Corona senum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum; nec minus verum esse quod Ecclesiast. ait: Gloria hominis in honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Quod quidem propter summam utriusque partis necessitudinem adeo verum est, ut filios ex parentum conditione sæpe & laudemus & vituperemus. Sic laudavit Gabelus Tobiam juniorem dicens: Benedicat te Deus Israël, quia filius es optimi viri, & justus, & timentis Deum, & eleemosynas facientis. Si ergo propter divini Verbi honorem sacram ejus humanitatem sic attollimus, & summam præditam gratiâ & sanctitate confitemur; consequens etiam est, ut quando communis Matri Virgini cum Filio honor est, summo honore summaque sanctitate ejus Matrem præditam esse fateamur, ut hac ratione Filium quoque pariter honoremus. Propterea constat ex his, quæ modò diximus, decus atque dedecus filiorum ex parentum dignitate vel indignitate magna ex parte proficisci, &c. Item, infra folio 54. in eodem festo Conceptionis Beatissimæ V. **MARIE** Concionem 2. in qua primo loco de incomparabili Virginis puritate & sanctitate; deinde verò de miseris, quæ originale peccatum (in quo sumus concepti) consequuntur, agitur. Iste est concionis secundæ titulus, in qua iterum repetit quòd hæc solemnitas Conceptionis omnium aliarum novi Testamenti initium sit, & postea adducit pro ipsa quæ sequuntur: Ea tamen Dei nostri bonitas & clementia fuit, ut non continuerit in ira sua misericordias suas, sed eodem tempore, quo recens adhuc peccati vulnus erat, salutem homini lapsò pollicitus fuerit. Hoc enim verba illa designant, quibus is serpentem hujus tanti mali auctorem allocutus est: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius; ipsa conteret caput tuum. Quod perinde est, ac si diceret: Tu tibi nunc demon triumphare videris, quòd mulieris operâ peccatum invexeris in mundum, per quod mundi princeps effectus es: verum tempus aderit, quo mulier, quæ hanc tibi potestatem contulit, eandem rursus eripiat, regnumque tuum excindat & caput conterat, hoc est, vires & potentiam tuam elidat. Hoc enim præstitit Beatissima Virgo **MARIA**, &c. Hunc igitur hodie, Fratres, diem celebremus, in quo Deus ipse hanc sibi domum parare cepit. Quid enim aliud est Dei paræ Virginis Conceptio, quam Virginis palatii constructio, in quo Dei Filius habitaret? Hodie igitur hæc domus fabricari cæpta est; hodie paradiso ille voluptatis, hoc est omnium spiritualium deliciarum, omniumque virtutum & gratiarum floribus adornatus, manu divinæ sapientiæ confectus fuit, in quo videlicet secundus Adam mundi conditor & instaurator collocandus erat. Et quidem in illius paradisi medio erat lignum vitæ: in hoc autem fuit ille, qui de se ait: Ego sum via, veritas & vita. Ille etiam paradisi varijs fructuum & florum stirpibus erat confectus, inter quas nullæ herbæ noxiæ, nulli tribuli & spinæ erant. Herbas enim noxias post peccatum ortas esse, quidam ex eo loco probare contendunt, quòd Dominus omnem herbam ad vescendum hominibus eo tempore concesserit, &c.

At in hoc nostro paradiso certum est nihil lethale, nihil noxium, nihil spinis obductum; sed omnia sua, levis & salutaria fuisse flores etiam omnis generis, hoc est, cunctarum virtutum germina ibidem fuisse constat, &c. Cum igitur inter omnes creaturas Beatissima Virgo propius Deum attigerit, quippe quæ illum superveniente Spiritu sancto conceperit, necesse erat, ut tantò magis puritatem humanam & Angelorum vinceret, quanto ipsi puritatis fonti propior erat, &c. Ad hoc autem singulare quoddam privilegium concessum est, videlicet castitas gratia in eam plenissime effusa, ut non solum anima equa ornaret (quoque pulchra esset ut Luna, electa ut Sol) sed etiam ipsam carnem sic efficeret, ut spiritus legi nunquam dissentiret, nullumque rebellem adversus eum motum exciteret; quòd quidem donum, nec Apostolis ipsis (qui plenitudine Spiritus acceperunt) nec alicui Sanctorum post Adæ lapsum concessum fuit, &c. Quòd si eam hæc tanta Virginis puritas & tranquillitas in mortali carne incredibilis videtur; cogitet hanc omnipotentis Dei Matrem esse, quam tanta hæc puritas ob singularem hujus nominis dignitatem decet. Cum enim Beatam Virginem astris ipsis, immo & Angelis puriorem facimus, nihil inopinatum aut incredibile dicimus, cum eam non solum hominis, sed Dei quoque Matrem confiteamur, nec solum a peccatis omnibus immunem, sed cunctis etiam divinis muneribus ac virtutibus ornatum fuisse prædicamus. Domum quippe Dei decet sanctitudo, hoc est, gratiarum omnium & virtutum decus & ornamentum. Quam rem ipsa quoque veteris Testamenti arca, quæ Beatissima Virginis typum tenebat, non obscure representabat. Illa enim primum ex lignis sethim compacta erat, quæ nulla temporum vetustas abluere poterit; hoc autem incorruptam almæ Virginis mentem designat, cujus tam incorrupta puritas extitit, ut ne totius quidem vitæ spatio ulla peccati venialis labe resperâ fuerit, &c. Porro autem, quemadmodum Virginis Conceptionem tanquam salutis nostre causam Ecclesia summis laudibus celebravit, ita communem hominum conceptionem velut perditionis nostre causam Sancti viri incredibili dolore lugeat. Quid enim luctuosius, quid funestius, quàm quòd Sanctus Job de conceptione sua (immo nostra omnium) lamentatur, cum ait: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo? &c. Lib. impress. Antwerpæ 1584. in 4. & Romæ 1587. in 4. Lugduni 1598. in 8. & ibidem 1602. etiam in 8. Alia plura addidit venerabilis hic vir pro puritate V. **MARIE**, quæ in prædictis sermonibus videri possunt; sed hæc pauca extracta sunt, ut videat Lector, quæ & quælis fuerit sententia hujus inlyti Prædicatoris.

Item, in Sylva locorum, verb. Beatissima Virgo **MARIA**, fol. 86. inquit: Dignitas & gratia Virginis ex materna dignitate & propinquitate ad Filium Dei (qui fons gratiæ est) colligitur, ut dicitur Thomas Philosophatur. Sicut ergo humanitati Christi (quia Verbo Dei conjuncta fuit) summam & sine ulla mensura gratiam & sapientiam tribuimus (hoc enim ad gloriam incarnati Verbi & assumptæ ab eo humanitatis pertinebat) ita, quia post hanc sacram humanitatem nihil Verbo Dei conjunctius quàm Mater fuit, maximam illi gratiam & sanctitatem merito debuimus. Unde & Angelus eam plenam gratiâ describit. Pleni-

tudo hac in ordine ad hanc dignitatem accipien-
da est: Stephanus enim gratia plenus fuit, nimi-
rum Diaconatus; Apostoli vero ad Apostolatus;
Christus vero ut esset caput hominum & mundi
Saluator. *MARIA autem ut digna esset Mater Filij Dei.*
Lib. impress. Salmantica, anno 1586. in 4.

Item, in libro dicto: Compendio de la doctrina
Christiana dividido en tres partes; La primera
trata de los Articulos de nuestra santa Fe Catho-
lica, &c. Compuesto por el Padre Maestro fray
Luis de Granada de la Orden de Predicadores,
traducido de lengua Portuguesa en nuestro vul-
gar Castellano por Fr. Juan de Montoya de la
misma Orden, folio 158. adducit Sermonem de
Conceptione Virginis *MARIÆ* Domine nostræ, &
incipit sic: Hoy celebra la Santa Madre Iglesia la
fiesta de la limpia Conception de nuestra Señora, es mu-
cho rason por cierto, que celebremos el dia en que fue con-
cebida aquella que fue principio de nuestra vida, pu-
erta de nuestro remedio, llave de nuestra redem-
pcion y medianera de nuestra salud, y que diga-
mos: Bendito sea el año, el mes, y el punto en que
aconsejo esta luz al mundo y fue concebida la que avia
de concebir al Redemptor del mundo, y ser
templo y morada de Dios; pues a este templo di-
ce el Propheta conviene santidad, &c. Estas dos
cosas fueron figuradas en aquellos dos templos
del testamento viejo, el uno, que hizo Salomon,
y el otro reedificado en tiempo de Zorobabel
despues del captiverio de Babilonia. Estos dos
templos concuerdan en ser ambos templos de un
mismo Dios; y difieren, lo uno en la riqueza, y
primores de labores, porque mucho mas rico y
costoso fue el primero, que el segundo; y tam-
bien difieren en la fiesta de la dedicacion de el-
los: por que en la dedicacion de el primero to-
dos cantaban, y loaban a Dios; mas en la del se-
gundo, unos cantaban, y otros lloraban. Canta-
ban los que vian ya acabada aquella obra que
tanto deseaban, y lloraban los que se acordaban
de la hermosura y riqueza del tiempo pasado,
y la diferencia que avia del uno al otro, del
primero al segundo. Pues esto mismo nos acon-
tece ahora en el dia de la dedicacion de estos
dos templos mysticos de que hablamos. Y por el
dia de la dedicacion entendemos el dia de la Con-
cepcion, porque este dia fueron estos dos templos
dedicados y consagrados; pues en el dia de la
Concepcion del Hijo, todos cantan, todos loan
a Dios, todos dicen que fue concebido del Spi-
ritu sancto, y por eso, que su Concepcion fue
santa, y limpia de todo pecado, y donde no ay
pecado, no ay materia de lagrimas, sino de ale-
gria y placer; mas en la Concepcion de la Ma-
dre unos cantan, y otros lloran; unos cantan
diciendo: Toda sois hermosa amiga mia, y no
tencis mançilla alguna; otros llorando dicen: To-
dos pecaron en Adan, y tienen necesidad de la
gracia de Dios; mas todos concuerdan en que
la sacratissima Virgen antes que naciese fue llena
de todas las gracias, y dones del Spiritu santo,
&c. Este paraiso fue el Alma de la sacratissima
Virgen nuestra Señora plarado por mano del Spi-
ritu santo, donde estaban spiritualmente todas
aquellas flores y frescuras, que en el primero,
&c. Donde assi como aquel templo material de
Salomon fue una de las mas famosas obras que
avio en el mundo, por que era cosa, que se edifi-

caba no para hombre, sino para Dios; assi con-
venia, que este spiritual templo en que Dios
avia de morar fuese una perfectissima obra, pues
para tal huésped se aparejaba; porque qual con-
venia que fuese el alma, que el Hijo de Dios te-
nia tomada por especial morada, *sino llena de toda
santidad y pureza?* Y qual convenia que fuese la
carne, de donde avia de tomar carne el Hijo de
Dios, sino libre de todo pecado y corrupcion: Por
que assi como aquel cuerpo de aquel primer
Adan fue echo de tierra Virgen, antes que la mal-
dicion de Dios caiese sobre ella, como cayo des-
pues del pecado; assi convenia que fuese forma-
do el cuerpo del segundo *de otra carne virginal, libre
y esenta de toda corrupcion y maldicion de pecado.* Por
esto convenientissimamente es figurada esta Vir-
gen por aquella arca del testamento hecha de la
madera de Setin, que es madera incorruptible, pa-
ra significar la incorrupcion, y pureza de esta san-
tissima Virgen, &c. Lib. impress. Granatæ 1595.
in 4. Vide alia ibi; nam totus Sermo est aureus
pro hac materia.

LUDOVICUS de la Grottaglie sive Grotta,
Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: Di sata-
nola rinovata, impressa nell' Assunzione in cielo
della universal Regina *MARIA*, à Fratre Bonaven-
tura Veracrucis de Aquaviva elaborato, fol. 24.
scena 3. articulo 1. asserit: *Quod Virgo MARIA fuit
concepta absq; peccato originali*, in Poemate Italico.
Impress. Lyeii 1642. in 8.

Item, fecit hoc Elogium semper Immaculatæ,
nunquam non illibatæ, hominum, Angelorum,
Domine, Reginae, prælectæ, prædilectæ, Filiae,
Sponsæ, Matri, Filii, Sponsi, Patris:

M A R I A

Vel nomen est nominum, vel omen est ominum;
Stat in Macrocosmo Ecclesia Microcosmus, Scrip-
turarum Epilogus, gratiarum Pelagus.

Alterius Adæ Paradisus alter, **SÆCULORUM
NEGOTIUM, TRIADIS OTIUM.**

Celsitudinum Celsitudo, Altitudinum Altitudo.
Summi, Supremi Opificis, Artificis, Figura, Pictura.
Vera **PANDORA** Deo suo non stupori, sed Amori.

IRIS RORIDA, PERSPICUE PERSPICUA,
Superis quæ penetrata radiis, verficolore dignitate
triplici, Trinitatem depingit.

ROSA RUBENS in Mundo Rubo,
Cujus pulchritudinum pulchritudini, nil cum ha-
beret ulterius, præberet quod melius,

Imitatus Naturam Deus Naturæ, **SOLAS DOLO-
RIS ADDIDIT SPINAS.**

A R C A N O E T I C A

Bitumine castitatis linita, in impudicitæ diluvi-
o ne percat.
à sordibus haudquaquam purgata; Est præpurgata
ne forderet.

NUBES LEVIS, quæ sine peccati sarcina. **VIRGA
JESSENA** absque Ficulnæ nodositate resta.

VIRAGO, de viro tamen non virulenta. **EVA**,
sed altera, quæ dicit, **AVE.**

E J U S

In Genealogia reticentur Genitores, utpote gratiæ
potius gnatula, quam naturæ infantula.
Nascitur Spiritu obumbranda supero post refugas
testamenti Umbras.

Ejus in carne Nativitas **VERBUM** Pignoravit
carneum.

Dum Generatur, liber texitur Generationum;
Q q q Hancce

Hancce etenim creaturæ, velut ad centrum cunctigenæ adeunt.

Trimula & lactea Deo devovetur, ut eadem celebritate Deus se illi devoteat.

Extrahitur è Templo, ut Dei fieret Templum.

Nolens in stomachum scientiæ Pomum deglutire, scientiam increatam à mente traduxit ad Ventrem.

Non cognoscens Virum, utero circumdedit VIRUM.

Generans, fit Hypostasis imitatrix ingenitæ.

Rapitur (supero salutante Aligero) Divinitus in Divina,

STUPET, COGITAT, CONTEMPLATUR, Ut Divini intellectus emulâ cognitione concipiat.

IN MINIMA FACTA SUNT MAXIMA

Longitudo facta est brevis, latitudo coercita, planata profunditas, altitudo demissa,

Lux non lucens, aqua sitiens, saturitas esuriens, salus patiens, vita moriens.

Verbo dicam: Factum est pro hominibus homo VERBUM.

Fœtu concepto, concito gradu Judææ montana Faticat;

CLAUDEBAT ET ENIM SAPIENTIAM, QUÆ CUNCTIS MOBILIBUS MOBILIOR.

Ut Verbum mentis concepisse pronuntiet, continuo tendit ad vocem, quæ Joannes.

Vilibus cognatæ se mancipat officiis;

Originariam enim labem non validiori potuit unda, quam humilitatis ablucere.

Peperit puerpera; ast in partu angores non sensit, quæ in delicto non consentit.

Purificatur, non ut fit, sed ut appareat munda; Non enim egebat Purificationis lavacro, quæ jam Pepererat Fontem;

Non igne purgari, quæ Deitatis portaverat ignem. Fulguravit animo dum fulguravit annis. Deo luxit, dum diu vixit.

Ne extra calculum tandem naturæ computaretur humanæ

Naturæ conditio, quod moreretur, vindicavit. VERUM

Dum nullum mortis genus præstantius Amore, Qui suaviter fauciatur, qui deliciosè eremat; qui parentat, dum enecat; qui sacrificat, dum comburit;

Non cuspidè doloris, sed sagittâ Amoris SPIRITUM HALAVIT.

Nequivit mortua converti in pulverem, quæ in nihilum peccati conversa non fuerat.

NON PULVIS ILLA, quam densavit humilitas.

NON PULVIS, quæ semper Deo conglutinata.

NON PULVIS, ex qua novus Adam, non de terra terrenus.

NON PULVIS, quæ Cælum effecta Animatum.

NON PULVIS, è qua Vita. NON PULVIS, quæ Templum immortalitatis.

In Horto sepelitur, ut instar Floris assurgat. Pigneratur Horto, ut recipiat Ortum.

QUID PLURA?

Circulum Numini perfectura suo, ad Deum redit, quæ à Deo venit.

Astitit in Cælis à dextris, ut sinistra è terris submoveat.

SISTE CALAME, SISTE, Ne, qui tenuitate Icarus, ad tantum Solè liquefescas; Siste, quia REGINA sistit.

Ita magnæ Dei Genitrici, Divinæ Sophiæ Adjutrici, Doctorum Doctrinæ,

Virginum Virgini, Martyrum Martyri, Miraculorum Miraculo

Humilis, despicibilis PATER LUDOVICUS GROTTA, gratiâ Christianus, vitâ peccatorum

Professione Minorita, Studio Theologus, Siquaræ servus, &c.

Impress. Lycii 1653. in charta expansa.

LUDOVICUS Hieronymus de Ore, Ordinis Minorum & Episcopus Conceptionis de Chile,

in libro Coronæ sacratissimæ Virginis Mariæ, & Oratione dedicatoria ad sanctissimam cælestem

Reginam, Dominam Angelorum, advocatam peccatorum conceptam absq. peccato originali, &c. per totam

Item, 5. 5. & 6. fol. 16. docet: Quod fuit reverentia suis Parentibus; & concepta absque peccato originali

&c. Impress. Martii 1619 in 4. cum imagine immaculatæ Conceptionis in principio.

Item, in Tractatu seu libro de Indulgentiis 4. 4. fol. 11. inquit: Siquidem Beata Virgo non adeo

munda, quod omnes Sanctos superat puritate, & Angelos puritate, candore vincit liliâ, & pulchritudine rosas dum ipse nascuntur de spinis, MARIA verò fuit rosa sine spina, quia sine peccato concepta

& nata, quæ semper existens in culmine gratiæ, &c. Lib. impress. Alexandriæ 1606. in 4.

LUDOVICUS Hurtado de Lizija, Poeta Hispanus, in Canticone ad Beatissimam Virginem in suo transitu, inquit:

No à la ofensa primera,
Ley inviolable pena rigurosa,
MARIA en ansias y dolor tribulada, &c.

Extat impress. cum alijs in lib. Sacrarum Toletanæ folio 8.

LUDOVICUS Jacob à Sancto Carolo, Ordinis Carmelitarum Gallus, in suo libro de claris

Scriptoribus Cabilonensibus, assertor omnes qui scripserunt de Conceptione Beatissimæ Virginis. Lib.

Impress. Parisijs 1652. in 4.

Item, fecit Catalogum Scriptorum Carmelitarum de Immaculatæ Conceptione Virginis, cuius transcriptum habemus apud nos.

LUDOVICUS Janinus, Societatis Jesu, natione Gallus, edidit Coronam Augustissimæ Virginis Dei Matris approbatam Romæ Magistro Sacri Palatii, in qua agit de Immaculatæ Dignæ Conceptione. Impress. Lugduni 1645 sic Hippolytus

Marraccius in Catalogo Marianæ. & in Bibliotheca fol. 59. ex Auctore Alegambe, folio 319.

Item, in libro Vitæ Venerabilis Patris Alphonsi Rodriguez, lib. 2. cap. 12. plura ponit de prædicti devotione ad mysterium Immaculatæ Conceptionis, ac post alia concludit illum dixisse: *sua V. absque labe originalis conceptam, & hoc quia ab ipsa concepta Virgine, affirmo, &c.* Vide alia apud P. Petrum Possinum, in libro Vincentia victus, folio 175.

LUDOVICUS de Leon Hispanus, super illud Apocalyp. 12. Mulier amicta sole, & illud facta sunt alba sicut nix, applicat ea ad Virg. Mariam & vocat ipsam albam, puram, & immaculatissimum speculum. Extat in 1. p. Florum Pastorum illustrium, fol. 171. Impress. Vallisoleri 1605. in 4.

LUDOVICUS Lopez, Historiographus Hispanus, assertor in libro dicto: Trophæa & antiquitates Imperialis Civitatis Cæsaraugustæ, fol. 244. Quod Ecclesia Beata Mariæ de Columna Cæsaraugustana erecta fuit sub titulo Conceptionis.

Item, Quod prima festivitas celebrata in Ecclesia

fit Columna Cæsaraugustanae fuit *Immaculatae Conceptionis MARIÆ Sanctissimæ*, à qua didicerunt omnes Hispani celebrare Festum Immaculatae & illibatae Conceptionis, folio 442. Lib. impress. Barchinone 1639. in 4.

Item, in *Historia Dominae nostrae del Pilar Cæsaraugustanae*. Comment. 26. §. 1. folio 323. Quomodo Ecclesia illa Dominae nostrae del Pilar fuit vocata Hierusalè admirabilis vel admirabilis Conceptio. Lib. impress. Compluti 1649. in 4.

LUDOVICUS Ludovici Bononiensis, ac S. R. E. Cardinalis Vicecancellarius Italus, scriptor *Dilectum factum in Ecclesia Sanctae MARIÆ de Galeria in die Conceptionis Sanctissimae Virginis MARIÆ*. Impress. Bononiae 1625. in 4. regali.

Item, pro decreto edito à Gregorio XV. Pontifici Maximo anno 1622 circa *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, multum iuvit, ut dicitur in Purpur. Marian. folio 264.

LUDOVICUS Maratius Trecentis, Societatis Jesu Gallus, in libro *Disputationum in Summam Theologicam S. Thomae*; tomo 2. Tractatu de Doctrina. 50. lectione 1. folio 172. *Quid in B. Virgine non est secutum peccatum originis, &c. quia fuit impeditum peccatum originale ne contraheret illa, &c.* Et in Tractatu de Peccatis, disput. 14. lectione 6. Quomodo traducatur peccatum originale in quos? à folio 628. agit late de præservatione Virginis à peccato originali, & inquit: Addo, etsi fuit absolutè potuerit, ut *Beata Virgo non contraheret vitium cadendi in peccatum originale, re ipsa tamen eam ad contraxisse, &c.* Et probat latissime. Lib. impress. Parisiis 1633. in folio magno.

LUDOVICUS Macinaghi de Varisio, Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: *Theolocholium, de Beatiſſima Mater Christi originalem labem contraxit? Questionem unam*, quæ est in ordine 7. R. negative. Impress. Mediolani 1653. in 12.

LUDOVICUS de Manganellis de Apolla, Ordinis Minorum Italus, in libro: *Dilectus prædicabilis Theolog. speculativi in modum meditationum & soliloquiorum*, per quos habetur expositio 1. & 2. Cant. Salomonis, iuxta doctrinam de ordinem questionum Scoti in 1. lib. Sent. de vita Doctoris Subtilis Scoti, sic inquit: Vim ingenij sui in omnibus præfert; sed peculiariter illius acumen Parisiis ostendit (ubi famosissimus est de fuit, ut ait Auctor Conformitatum, fructu & ut ait Peibartus) præsertim proposita quæst. de *Immaculata Conceptione Virginis* omnibus Doctoribus. Quorum omnia argumenta contraria, cum esset pluraquam ducenta, memoriâ mirabiliter retinuit & solvit, ipsosque confudit innumerabilesque superaddidit rationes probantes præservationem Virginis candorem fuisse ab omni labem originalem, non sublevatione præstitum. Unde Universitas Parisiensis tunc ipsi (admirando ejus profunditatem) Doctoris Subtilis cognomen dedit, immo propter lætam & triumphalem victoriam quam de tali cõtroverſia Scotus reportavit, ipsam magnificè Universitas Parisiensis ejus vexillum, ejusque opinionem secuta, per stuporem illa & ratione devicta firmo publicoque voto affirmavit *Virginem sine peccato originali fuisse conceptam*, hancque opinionem magis conformem literæ Scripturæ, atque Patrum doctrinæ declaravit, ut manifestum est, eò quod non graduatur aliquis in ea, quin primo juret *Immaculatam Conceptionem*

se defensuram fore. Mox eadem Universitas suâ sponte jure se obligavit *festum Conceptionis* in Conventu Fratrum Minorum sua die quolibet anno frequentare, Episcopo Missam celebrante, atque Doctore ejusdem Universitatis Sermonem faciente. Ad cujus exemplum ferè universi Christianorum cœtus & urbes id ipsum exequi arbitrati sunt. Et unde hujus festivæ solemnitatis origo? Unde (inquam) originem traxit tam celebranda dies? à Scoti doctrina ejusque fervida devotione erga Beatam Virginem. Hinc rationabiliter ipsi Scoto à Thomasio Bozio hujus Conceptionis veneranda celebritas, ut principali Auctori, tribui videtur. Fertur enim ipsum in diebus vitæ suæ ore omnium publica voce vocari ab omnibus devotis Virgini per antonomasiam *Defensorem Immaculatae Conceptionis*, immò etiam per patries ad sui honorem ipsi scriptum tale encomium videbatur. Sed quid mirum, quod cuncti Parisienses Doctores, civitas ipsa inclita & ferè omnes ipsum secuti laudibus extollerent, postquam eadem Virgo MARIA ipsi Scoto caput inclinasse antiqua traditione perhibetur? Progressuro enim ad disputandum de Conceptione Virginis, ipsimet Virgini commendanti se illis verbis: Dignare me laudare te, Virgo sacra, da mihi virtutem contra hostes tuos, ejus imago, quæ sculpta & marmorea erat, caput inclinavit, in cujus miraculi manifestationem adhuc videtur caput inclinatum in Sacello Regali, ubi illa imago reservatur, quæ tunc temporis in Collegio Sorbonæ venerabatur, in quo disputatio erat habenda. Sic in libro impress. Matriti 1615. in 4. Item, in 3. lib. dist. 3. quæst. 1. ad verba illa: *Vox dilecti mei pullantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea, habet de purissima Conceptione Virginis MARIÆ* Dilecturum unum. Vide ibi.

LUDOVICUS Martellius Florentinus, Poëta Italus, in Cantione ad Virginem Mariam, inquit: *Virgine data al modo per effempio De alra humilitate è di bonda suprema Fatta di casta Virginetta Hebraea Su nel ciel prima Dea Piena de larga gratia è n' non scema est, &c. Virgine saggia, Immaculata, & bella.*

Extat in libro dicto: *Il tempio, &c.* folio 39. Impress. Venetiis 1613. in 12.

LUDOVICUS Miranda, Ordinis Minorum Hispanus, pro *Immaculata Sacra Deiparæ Virginis Conceptione ab omni prorsus originali labem Defensionem*, tom. unum, Salmanticæ 1626. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis, & incipit: Pro tituli intelligentia.

Item, idem Hispanicè de *purissima & Immaculata Conceptione Dominae nostrae*, tomum alterum. Impress. Salmanticæ 1621. in 4. incipit: Aviendo de tratar.

Item, in Directorio sive Manuali Prælatorum tomo 1. Tractatu de Sacris Monialibus, articulo 1. primæ questionis & articulo 9. & quæst. 3. artic. 1. agit de Monialibus *Conceptionis Beatae Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1615. in fol.

Item, in Collationibus seu Practicis Spiritualibus, &c. tom. 1. Collatione 13. fol. 108. de Nativitate Virginis MARIÆ, asserit: *Quod Domina nostra fuit præservata à peccato originali, &c.* Et tomo 2. in Indice concionatorio pro festo *Conceptionis Virginis*

ginis *MARIAE* Elenchum, Lib. impress. Salmanticæ 1618. in 4.

LUDOVICUS de Molina, Societatis *JESU* Hispanus, tomo 5. de *Justitia & Jure* disp. 50. tractatu 5. de *Jurisdictione*, columna 3080. inquit: Ob dissolutionem videlicet passionum pravaeque meas inclinationes, quæ ex peccato primi parentis amissa *justitia* originali, ratione illius in me redundarunt; quo proinde primi parentis peccato venundatus, ab eodem primo parente pretio apparentis boni, quo in illud consentit, sum sub peccato, quam maxime obnoxius illi effectus, &c. Omnes enim *infra Dominam nostram*, quantumvis justii ac sancti, in peccata venialia saltem vi ac pondere sensualitatis pettrahuntur &c. Lib. impress. Antverpiæ 1609. in folio.

Item, in Commentario in primam partem *D. Thomæ*, quæst. 14. artic. 13. disp. 18. membro 4. folio 234. docet: *Quod Virgo MARIA fuit confirmata in gratia & preservata ab omni culpa, &c.* Lib. impress. Lugdani 1622. in folio.

LUDOVICUS Monachus, Ordinis Clericorum Regularium, *Messanensis* Italus, in sua *Septimana sancta*, sermone 3. de *Beata Virgine dolorosa*, fol. 455 num. 4. Quod *Beata Virgo* fuerit liliū convallium, quodque in ea fuerunt flores virtutum unitæ cum lilio puritatis in anima sua illibata & corpore *Immaculato*, & quod summa sanctitas ejus fuit associata puritate Angelica. Item, num. 5. ait: Sicut liliū inter spinas. *Quid habent tecum faciendum spinæ, o liliū candidissimū? Spinæ sunt peccata, & tu ab omni peccato fuisti aliena.* Lib. imp. Romæ 1647. in 4.

LUDOVICUS Montescinus, Sacræ Theologiæ Doctor, & primariæ *Cathedræ* Theologiæ *Compluti* Moderator, Hispanus, in Commentariis in primam *D. Thomæ*, to. 2. art. 3. disp. 11. quæst. 8. &c. Quomodo sit intelligenda illa propositio universalis *Pauli*: In quo omnes peccaverunt inquit: Dico ergo primo: De fide est credendum, omnes descendentes ab *Adam* secundum seminale rationem, contrahere peccatum, & culpam originalem de facto. Hoc patet ex dictis contra *Catechanum*. Dico secundo: Ab hac universali nullus excipitur, nisi *Beata Virgo Despara, &c.* Lege ipsum à folio 307. usque 314. Lib. impress. Compluti 1622. in folio.

LUDOVICUS de Montoya, Ordinis *Eremitarum S. Augustini* Hispanus, legendo ubique & prædicando constanter defendit *Beatae Virginis Immaculatam Conceptionem* in quam plurimis Sermonibus hac de re habitis, qui propter sanctitatem viri & eruditionem asservantur manu sc. in *Bibliotheca Collegii de Gratia*, cuius ipse fuit fundator. Ita *Joannes à S. Maria*, folio 337. De quo etiam *Marraccius* in *Bibliotheca Mariana*, & in *Catalogo* ad ann. 1569. Pist. fol. 153.

LUDOVICUS Muñoz, Ordinis *S. Augustini*, in vita *Venerabilis Mariæ Manzanedæ Abulensis* agit de *Monasterijs* ab illa ædificatis sub titulo *Conceptionis, &c.* Lib. impr. *Matriti* 1645.

LUDOVICUS à *Neapoli*, Ordinis *Minorum* Italus, in descriptione reformatæ *Provinciæ Principatus*, inquit: Sex capelle in honorem *Immaculatæ Conceptionis Despara V.* in hac nostra reformatione erectæ sunt, quarum una in *Conventu S. Francisci Stabienfis* paucis abhinc fuit annis structa, Altare privilegiatum habens cum indulgentia plena

ria pro defunctis in singulis *Missis*, à *Sacerdote* dumtaxat in eodem *Conventu* comemorante, pro ipsis offerendis, per *Gregorium XV.* concessa secundo sui *Pontificatus* anno in *Bulla*, quæ incipit: *Alias felicitis recordationis Gregorius XIII.* quam præfatus *Gregorius XIII.* à nobili *Beatae Mariæ de Succursu* de *Montanarijs* nuncupato prius concesserat, deinde ad *Altare Immaculatissimæ Conceptionis* per *Gregorium XV.* translata fuit. Altera *Capella* apud *sacram adem SS. Trinitat.* dicata invenitur in *Septempedano* oppido apud *Conventum S. Mariæ Pacis*. Tertia apud *Serenum* in *Conventu S. Francisci à nobili Muscatorum familiâ* fabricata. 4. in *Monticorvini* oppido apud *Conventu S. Mariæ Pacis*. 5. in *Conventu S. Mariæ de Paradiso*, ex *Oliveto*. Ultima in *Ecclesia S. Mariæ de Gratis* terra *Boccini*. In his omnibus (*Sereni & Boccini* Capellis exceptis) devota *sacralium Fratrum* erecta est, quas in festivis diebus piâ religione colunt & magno pietatis ardore frequentant. Item, *Altare Conceptionis Beatae Mariæ Virginis* ad *fenarum* numerum ascendunt in diversis hujus reformationis *Ecclesijs* erecta: *S. Laurentij* *Salernitanae* urbis. *S. Francisci* *Brafciliani* & *Cilenti*. *S. Mariæ* de *Gratis* in alio *Cilentano* pago, *Pullica* ab incolis nuncupato; ac *S. Mariæ* de *Consolatione* in oppido *S. Andreae*. Habemus manul. in *Archivo Ordinis Matriti*.

LUDOVICUS Paccalia *Gretanus*, recitavit *Orationem*, id est, *speculum Pythagoricum* *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Romæ 1632. in 4.

LUDOVICUS de *Padilla*, *Canonicus* *Batavanus*, edidit *Glossam pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ*. Impress. cum alijs *Granatæ*, fol. 359.

LUDOVICUS *Palavicus*, *Eques* *militaris* de *Alcantara*, & *Poeta* Hispanus, scripsit *Canticum pro Immaculata Virginis Mariæ Conceptione*, ut videtur est in libro dicto: *Relatio Panegyrica Gebijelis Bocangel*. Impress. *Matriti* 1653. in 4.

LUDOVICUS de *la Palma*, *Societatis Jesu* *Provincialis* in *Toletana* *Provincia*, Hispanus, in *Historia sacratissima Passionis* secundum quatuor *Evangelistas*, cap. 38. fol. 392. *Quid Beatissima Virgo MARIA nullum habuit peccatum, nec veniale, nec originale, &c.* Impress. *Compluti* 1624. in 4.

LUDOVICUS de *Paracuellos*, *Cabeza* de *Boca* *Granatenfis*, disposuit *Librum* intitulatum *Elogios à MARIA Santissima* consagrados en *sumptuosas celebridades* devotamente *Granada*, à *la limpieza pura de su Conception*, &c. Impress. *Granatæ* 1651. in 4. cum imagine *Immaculatæ Conceptionis* in *malogranato*; & assumptum totius *Operis* declarat his verbis: *Elogios sacros y triumphales celebraciones*, que dedicò à *Maria Santissima* el illustre, esclarecido, y *Real* *Convento* de *San Francisco* de *Granada* en *honor de su purissima limpieza*.

Item, edidit *Librum* sub hoc titulo: *Triumphales celebraciones*, que en *aparatos Magestuosos* consagrò *Religiosa la Ciudad de Granada*, à *honor de la pureza virginal de MARIA Santissima*, en sus *desagrabios*, &c. Et habet plura de *Immaculata Conceptione* ejusdem *Virginis Mariæ* cum duplici imagine *purissimæ Conceptionis*, unam in principio & alteram in *charta* *expansâ* ante

ante folium primum Operis. Impress. Granatæ 1640. in 4.

LUDOVICUS à Paramo, Borjensis Archidiaconus & Canonicus Legionensis Hispanus, de sanctissima Conceptione Virginis *MARIÆ*, ac ejus purificatione à peccato originali Tractatum latum, seu Questionem, libro 3. quaest. 5. fol. 672. à num. 160. usque 210. de origine & progressu officij S. Inquisitionis. Matrili 1598. in fol.

LUDOVICUS Parrilla de Torres, ex Ordine Clericorum Minorum, in Panegyrica Oratione de Translatione imaginis Beatæ *MARIÆ* de la Cabeza, folio 13. inquit: Porque es tan grande, que catendo en esta tierra Virgen, no ofendida jamas de algun villano hierro, ni bollada de humana planta, qual grano de trigo de los Cielos, &c. Serm. imp. Granatæ 1642. in 4.

LUDOVICUS Perezius Pincius à Portillo, Poëta Hispanus, in Opusculo cujus titulus est: Magnificum & luculentum Opus de sanctissimo Domini nostri Jesu Christi ortu, deque Christiferae Virginis summis laudibus, &c. sic introducit Archangelum Gabrielem loquentem cum Deiparata

O pia Mater Ave.

Gratia Ave plena! ô sancti lux optima! Salve:

Ej Dominus tecum corpore, mente tua.

O magis æternum salve benedicta per ævum!

Et fructus ventris, Virgo sacrata, tui.

Tu super excedis, divini ô lege creata,

Quos dedit, aut nullo tempore terra dabit.

Postque Deum superis tu regnas ordine prima,

Calicolas omnes sanctificare super

Omnis tu meritis præstas, &c.

Lib. impress. Pincii 1561. in 4. Licet non expresse declaret mysterium Immaculatæ Conceptionis, exprimit tamen illud æquivalentibus verbis, vocando Virginem gratiâ plenam, corpore & mente benedictam per ævum, id est semper, divini lege creatam, id est, particulari seu singulari lege, non juxta legem communem, &c.

Item, in libro cujus titulus est: Glossa famosa sobre las coplas de D. Jorge Manrique, &c. habet imaginem Virginis *MARIÆ* cum hac inscriptione: Tota pulchra es amica mea, & macula non est tibi. Et in principio:

O Regina poli lux & spes unica mundi.

Salve, qua lætas ubere digna Deum.

Mente Patris summi, mundi aute es secula sola

Concepta, ut vite sola medela fores, &c.

Et ad finem in quadam Cantione ad Virginem *MARIAM*, fol. 63.

O sancta antes que nacida

Et infra, fol. 65.

O vos Virgen concebida

Sin mancha y sin pecado original

De Dios guardada y renida

Tà quien sola ba preservado especial.

Dear Virgen el consuelo, &c.

Lib. impress. Vallisoletæ, anno 1561. in 4.

LUDOVICUS Pittorius de Ferrara Italus, in Homiliario Quadragesimali, fol. 504. pro die Conceptionis Virginis adducit Sermonem. Lib. impress. Venetijs 1599. in 4.

Item, in libro: Omeliario, ô vero spositione sopra le Epistole & Evangelij, &c. folio 111. à verbo: Nel di della Conceptione della Madona, agit latè de candida, Immaculata Conceptione per Legendam unam. Impress. Venetijs 1548.

LUDOVICUS Ponce de Leon, Eques Sancti Jacobi, aliquando Navarrae Prorex, deinde Valentia, jam verò Gubernator Mediolanensis Status, scripsit juramentum seu votum pro tuenda Virginis *MARIÆ* Immaculata Conceptione editum à Misericordiae domo Hispanensi. Impress. in charta expansa 1653.

Item, recepit votum factum à Congregatione Conceptionis Virginis *MARIÆ* pro defensione ejusdem mysterij Immaculatæ Conceptionis, in Domo professæ Civitatis Hispanensis die 24. Februarij 1653. Ex Leone.

LUDOVICUS de Ponte, Societatis Jesu Hispanus, in Cantic. Canticor. cap. 1. exhortatione 11. pro festo Conceptionis Beatæ Virginis sub hoc titulo: De singulari modo, quo Deus in Sacramento tribuit osculum reconciliationis & gratiæ infantibus, qui illud non petunt, & osculatus est Beatissimam Virginem in primo instanti suæ Conceptionis; de sanctificatione Beatissimæ Virginis in primo instanti Conceptionis §. 1. Prima ratio ex dignitate Matris Dei §. 2. Secunda ratio ex victoria Christi per Matrem contra diabolum §. 3. Tertia ratio ex redemptione Christi modo præ excellentissimo applicanda suæ Matri §. 4. De eodem privilegio cum alijs duobus simul concessis Virgini §. 5. Item, Quòd virtutes dilexerunt *MARIAM*, & illa illas ab instanti Conceptionis: quòd fuit pulchra sine ulla nigredine culpæ, quòd inter alias filias Evæ fuit lilium inter spinas ab instanti suæ Conceptionis &c. Vide indicem, tom. 1. verb. *MARIA* Dei Genitrix. Impr. Parisijs 1622. in fol.

Item, tomo 2. Quòd prænuntiata fuit cum dictum est serpenti: Inimicitias ponam inter te & mulierem. Quòd concepta est sine peccato originali, & semper fuit tota pulchra, & sine macula. Quòd contraxit debitum peccati originalis tantum radicale, non actuale. Quomodo sub arbore malo, in qua corrupta est Eva, suscitata est Virgo, ut innocens permaneret? Quòd ab instanti Conceptionis pacem reperit coram Deo. Quòd à Conceptione cognovit per fidem Christum venturum, desideravit & perquisivit ejus adventum. Vide dictum tomum 2. verb. *MARIA* Mater Dei, Conceptio ejus. Lib. impress. Lutetia: Parisiorum an. 1622. in folio.

Item, tomo 1. suarum Meditationum 2. parte, meditatione 3. puncto 4. agit de decreto, quod Deus fecit ad hoc, ut ex femina carnem assumeret, & de electione Dominæ nostræ, ut esset Mater ipsius, ac de singularibus gratijs ad hoc sibi concessis in instanti suæ Conceptionis Meditationem unam. Lib. impress. Vallisoletæ 1603. in 4. & Colonia: 1613. in 8. & Italicè 1636. in 4.

Item, in libro dicto: Compendium seu Breviarium Meditationum, de Conceptionis Immaculatæ Beatæ *MARIÆ* Virginis privilegij punctum unum. Lib. impress. Romæ 1626. in 4.

Item, in libro de Beata *MARIA* Virgine, purissimam ipsius Conceptionem omni argumentorum & rationum suppellectili confirmat, lib. 1. à cap. 5. usque ad 8. Ita Joannes Ant. Velazquez.

Item, in Ducatu Spirituali de Oratione, Meditatione ac Contemplatione Italicè, part. 1. tract. 2. §. 3. folio 542. Quòd ab instanti suæ Conceptionis fuit *MARIA* filia lucis absque mixtura tenebrarum, latè. Lib. impress. Romæ 1628. in 8. & Hispanicè Matrili 1614. in 4. folio 372. & Vallisoletæ 1609. in 4.

Q993

Item,

Item, in ejus vita scripta per P. Franciscum Capuchin, lib. 1. cap. 2. n. 25. fol. 11. dicitur, quod cum dubitasset semel de puritate ac preservatione Virginis *MARIÆ* in sua Conceptione Immaculata, fuit per multos dies in maxima animi & spiritus desolatione, quousque voto emisso, ad pristinam redijt animi & conscientie tranquillitate. Ibidem etiam dicitur, quod cum suorum Magistrorum præcepto vellet in publicis Assertionibus defendere Virginem *MARIAM* fuisse in originali peccato conceptam, statim oblitus fuit omnium, quæ memoriter reportabat pro sua palestra, quousque emisso voto coram imagine Virginis de tuenda deinceps Immaculata ejus puritate, omnia ad ad memoriam fideliter redierunt, &c. Lib. impr. Salmantica 1652. in 4.

Item, in vita Venerabilis P. Balthazaris Alvarez, cap. 26. fol. 111. agit de consolatione habita in die Conceptionis Virginis *MARIÆ*. Lib. impress. Matriti 1615. in 4.

LUDOVICUS de Prusia, vel de Bilberg, vel Himberg, antea nominatus Joannes cognomento Wolgemuth, Ordinis Minorum Italus, scripsit de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ* Quæstionem unam, occasione sumptâ ex dictis de decimatione in lib. intitulo: Trilogium animæ, laborato in civitate Brunensi, in Marchionatu Moravia anno 1493. part. 1. cap. 8. Impress. Nurembergæ anno 1498. in 4.

Item, 3. part. cap. 32. littera R. de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ* aliqua refert scitu dignissima præcipue loquendo de eadem Immaculata Virginis Conceptione, inquit: Vnde in protestationem Immaculatae Conceptionis nostræ Domine, honoremque S. Annæ genitricis ejusdem, nonnulli Zelatores incorruptæ Virginis in fine Salutationis Angelicæ subscriptam dicunt orationem, quam referunt cuidam devotissimo à Virgine Domini Matre è cælo allatam. Oratio: Benedicte sit S. Anna, ex qua sine originali macula processit dulcissima *MARIÆ* inemerata caro Virginea. Amen. Super quam oratione composita est Collecta. Versiculus: Orapro nobis Dei innocentis Genitricis genitrix B. Anna. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oratio: Deus, qui de B. Annæ matris utero dulcissimam Virginem *MARIAM*, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur (Spiritu Sancto præservante) absque macula originali carnem suscipere voluisti: præsta quæsumus, ut qui eam dignissimam matrem Immaculatæ Genitricis Dei cognoscimus, Filia Matrisque precibus (concupiscentiæ diminuto fomite) ad declinandum à malo, & ad faciendum bonum proniores efficiamur. Per eundem Dominum &c.

LUDOVICUS de Resa Vera & Esquivel, Hispanus Poëta, edidit Cansionem pro Immaculata ac Sanctissima Virginis *MARIÆ* Conceptione, quæ extat apud Feriol de Concep. folio 55.

Item, in alia Cansionem, inquit:

*De una niña en cuyos rayos
Los del sol nacen à escaras
Sin crepusculos de sombras
Y sin invasion de puntas.*

Extat cum aliis in libro Ludovici de Cubillos, folio 123. Impress. Granatæ anno 1640. in 4.

LUDOVICUS Richeome, Societ. Jesu Galus, in lib. cujus titulus est: Le Pelerin de Lorette accomplissant son vœu fait à la glorieuse Vierge

MARIÆ Mere de Dieu, pleine de tres belles & devotes meditations sur la doctrine Chrestienne & Catholique, cap. 97. folio 144. addit Meditacionem de Conceptione Virginis *MARIÆ*, late usque ad folium 248. Lib. impress. Atrebat 1611. & Colonia 1612. in 8. regali.

Item, in lib. Idololatria Hugonotica, sive Luthe-ro-Calvinica, lib. 5. cap. 24. agens de quodam hæretico Cadurio ministro Calviniano, qui ad Desparam Virginem infamandam librum edidit, quæ R. P. Valentinus Gerardus Societatis Jesu solide refutavit & loquens de cultu serpentium, pro omnimoda puritate Virginis *MARIÆ* aliqua adducit, concludens sic: At verò quid mirum est, vos tremam peccatricem atque adeo peccatis infestam facere, cum creatorem ipsum peccati auctorem esse docetis &c. Lib. impress. Moguntia 1619. in 8.

Item, in libro: La sacrée Vierge *MARIÆ* au pied de la Croix, &c. fol. 14. inquit: Quand il reciteroit souvent ces paroles: Tu es toute belle ma bien aimée & il n'y à tâche aucune en toy. Lib. impress. Paris 1603. in 8. Vide alia ibi.

LUDOVICUS de Rivera, Poëta Hispanus, in lib. Sagradas Poëcias, fol. 215. vocal Virginem *MARIAM* Espejo no manchado de luz propria &c. Impress. Hispani 1612. in 4.

LUDOVICUS Sanchez Hispanus, edidit Librum hoc titulo: Reglas è instrucciones de la Congregacion de la Immaculada Concepcion de la Virgen *MARIÆ* nuestra Señora con otras devociones. Impress. Matriti 1630. in 16. & dicatus ipsi Virgini *MARIÆ* absque originali peccato conceptæ.

Item, typis mandari fecit Tractatum R. P. Vincentii Iustiniani Antist. de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*. Matriti 1625. in 8.

LUDOVICUS Sarti de Piano Italus, in libro: Origine è fundacione di tuttele chiese che di presente si trovano nella città di Bologna, &c. fol. 74. agit de Monasterio Monialium seu Sororum Beate *MARIÆ* de Conceptione. Lib. impress. Bononia 1633. in 4.

LUDOVICUS de Schildere, Societatis Jesu S. Theologiæ Professor Lovanii, in Theobus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia, Conclusionem 6. de Peccato habituali, sic inquit: Dista de originali & illius debito Desparam non concernit, quæ utroq. immunis fuit. Impress. Lovanii 1650. in 4. & habitæ die 21. Novembris & 22. & 23.

Item, in Theobus habitis die 24. Julij 1652. Thef. 12. hæc habet, loquendo de peccato originali: Ab illo omnique ejus debito Mater Dei exempta fuit. Impress. Lovanii in 4. Et idem defendit an. 1533. die 28. Julij.

Item, in Theologia habita die 27. & 28. Julij anno 1648. Thef. 11. de Peccato habituali, originali & veniali, hæc habet: Ab illo omnique ejus debito Dei Matrem eximimus. Impress. Lovanii in 4. Et hoc idem defendit eisdem verbis die 7. Julij anno 1649. Et anno 1647. die 16. Julij Thef. 11. hæc habet: Ab illo omnique ejus debito seu proximo, seu remoto Beata Virgo immunis fuit. Hoc commode explicare potest is, qui decretam Incarnationem ante Adæ lapsum prævisum admittit. Impress. Lovanii in 4. Et anno 1646. die 24. Julij hæc dicit: Ab illo omnique ejus debito, non pro tantum fundamento; sed etiam solido Dei Mater eximimus, &c. Impress. Lovanii in 4. & idem die 4. & 5. Julij 1645. & die 5. Julij anno 1644.

LUDO-

LUDOVICUS Sidericus, Societatis Jesu Italus, parte 2. de Via cœli, practica 1. de devotione ad sanctissimam Virginem, cap. 1. fol. 2. docet: *Quod MARIA Virgo fuit in se sanctissima*. Item, de duodecim privilegijs sanctissimæ Virginis, in primo privilegio prædestinationis asserit, Quod MARIA Mater Dei fuit causa nostræ prædestinationis. & fuit uniuersæ. Item, fol. 27. privilegio 3. Quod fuit sanctissima MARIA per immensitatem gratiæ, per eminentiam virtutum, & per abundantiam donorum. Lib. impress. Romæ 1654. in 12.

Item, in libro: *Idea del Christiano* ô vero indico per vivere. Christiana mente, in summiario devotionum, ubi adducit imaginem *Immaculæ Conceptionis*, agit de festiuitate *Conceptionis Virginis MARIE*, folio 228. Impress. Neapoli 1645. in 12. LUDOVICUS Tello de Olivares, Canonicus Magistralis Granatensis Hispanus, in Sermone de sollemnitate Purificationis Virginis MARIE, fol. 4. agit de eius *Conceptione Immaculata absque culpa veniale*, &c. impress. Granatæ 1655. in 4.

Item, in approbatione libri Ludovici de Paracletico proficetur *mysterium puræ Conceptionis Virginis MARIE*, impress. Granatæ 1651. in 4.

Item, in Corona duodecim stellarum Virginis MORIA, stella 5. fol. 5. inquit: Y con mucho fundamento, por que Adam y Eva fueron en la natural hermosura los que tocaron la ultima linea, como efectos primeros de la omnipotencia en lo humano, cuya hermosura a y perfeccion fue congruente, que llegasen Christo y MARIA, como arroyo de todas perfecciones y oratio de todas riquezas, &c. Serm. impress. Granatæ 1638. in 4. Istæ propositiones universales omnes plenitudines atque perfectiones tam animæ, quam corporis videntur comprehendere.

LUDOVICUS de Tena, Doctör Complutensis in Academia primarius Theologiæ Professor pro Cathedra Scoti, Canonicus Toletanus, & mox Episcopus Durusensis, Hispanus, fecit Sermonem in Ecclesia majori Barchinonens. die 25. Novembris anno 1618. cum ipse Episcopus, Civitas & Universitates facerent solemne Juramentum seu votum *propter defendendi purissimam Conceptionem Immaculatæ Regine cœli Matris Dei & Domine nostre* in omnibus actibus publicis prædictæ Universitatis. Impress. Barchinone 1618. in 4. cum imagine *Immaculatæ Conceptionis*.

Item, *Quod Beata Virgo MARIA in eodem instanti sua Conceptionis fuit præservata ab originali peccatione*, quia ita congruebat ejus dignitati Materiam præsertim illud Psalm. 45. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, in libro 2. Itagoge sacræ Scripturæ, difficult. 12. sect. 12. fol. 148. Impress. Barchinone 1619. in folio.

Item, in Epistola ad Hebræos cap. 7. difficult. 5. fol. 461. num. 6. *Quod Virgo MARIA caruit originali peccato, quia ab ipso fuit præservata*, non tamen à debito contrahendi, & sic fuit in Abrahamo de eimata, Christus vero non; & hæc fuit differentia inter utrumque, &c. Lib. impress. Matriti 1609. in folio. Et ibidem in indice concionatorio pro *Conceptione Virginis MARIE* ponit Elenchum.

LUDOVICUS de Torres, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: *In Antiphonam Salve Regina*, declamationes sex, decl. 1. folio 14. ait: *Radicavi* (inquit prima deambulatio, superavit omnes aliorum gressus: ferventior enim fuit primus actus charitatis diuæ Virginis, quam ultimus

quàm honor aliorum Sanctorum, magisque radicans est, ita ut nunquam periculum sit futurum de ejus jactura, sicut fuit de dispendio aliorum, qui aliquando periclitabantur & commovebantur à vento. *Hoc autem tabernaculum Beatissime Virginis ita erat sanctificatum, ut non sit timendum, quod Deus in illo commoveretur aliquando*. Alios enim tanquam unâ manu sustentabat Deus ne cadant, & sic David ad ipsû loquens: Tenuisti manum dexteram meam. Hanc autem sicut alterum Salomonis thronum duabus manibus continebar, &c. In alijs est Deus, sicut apparuit Moyfi & Abraham in rubo & inter vepres, pungebaturque in illis saltem venialibus culpis: in hac verò fuit Deus sicut in horto deliciarum & paradiso voluptatis, ubi nullæ sunt spinæ; & ita in persona eius loquitur Spiritus Sanctus: Ego flos campi, non tribulus, non spinetum, sed id quod delectabile & odoriferum; & subdit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Alij enim ad ipsam comparati spinæ pungentes sunt, ipsa verò lilium summe delectans, &c. Vel ideo Regina vocatur mulier hæc sanctissima pallio Solis amicta, quia omnes aliæ creaturæ solvunt, ipsa verò libera existit, atque immunis, &c. Regina quoque ethi aliis causis, hac tamen potissimâ nuncupatur, quia nunquam peccato acquievit, nunquam demoni concessit. *Quis autem liber se fuit à peccato sicut Domina nostra, qua non tantum non peccavit, sed neque peccare potuit*. Tanto enim ab uno extremo recedit quis, quanto propius accedit ad alterum contrarium. Quis autem tam propinquus & proximus fuit Deo, sicut illa? *Quisve ita elongatus à malitia & peccato*, &c. Supra dicta licet generaliter prolata, indicant tamen satis clarè mentem, & Auctoris sententiam circa puritatem Deiparæ. Item, infra declamatione 2. fol. 64. Et quoniam non meritis, neque justitiâ nostrâ erat hoc opus perficiendum in utero V. hanc intuitus subiungit: In terra deserta, in via & in aquosa sic in sanctio apparui tibi, scilicet in diva Virg. terra sacerdotali *non subdita peccatis, neque tributo*, quod exposcebat diabolus exactor. Alii tributa aliquando perfolverunt demoni, saltem obolum peccati venialis, hæc omnino libera à peccato fuit. Ab alijs impius Babiloniæ Rex exigebat vestigalia per carnis concupiscentiâ, ab hac nunquam. Terra fuit Beatissima Virgo paradisi, qua non produceret spinas, neque tribulos: terra benedicta, de qua alibi Propheta: *Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob, remisisti iniquitatem plebis tuæ, &c. Quoniam non tantum liberata est Regina nostra Beatissima ab iniquitate & peccato; sed per illam omnes à servitute durissimi tyranni &c.* Item, declamat. 3. folio 98. In uno crine colli tui; quia nihil erat in D. V. quod Deo non esset summe gratum: etiam capilli capitis ejus omnes numerati erant; *tota pulchra, tota formosa & suavis*, sicut Sol, in quo nihil est tepidum, nihil tenebrosum, nihil tuboscurum sicut Sol, &c. Lunaque stultitiæ sub pedibus ejus conculcata existit, immo & ipse pater fatuorum omnium (qui in multitudine negotiationis suæ perdidit sapientiam suam) sub pedibus ejus conculcatus mansit, quia nimirum ipsa est quondam promissa mulier serpentis antiqui caput contritura, &c. Quam pulchri sunt gressus tui; quoniam ex primo gressu & ex primo actu, quæ est velur prima deambulatio, superavit omnes aliorum gressus: ferventior enim fuit primus actus charitatis diuæ Virginis, quam ultimus

mus & consummatus aliorum: alij fuerunt facti sancti à Deo magno labore, habuitque se Deus cum illis ad modum artificis statuarij, qui ex lignis lævigatis & dolatis in quibus multa sunt rescanda vel læviganda, statuum vel effigiem operatur; ex imperfecto enim ad perfectum devenerunt. Neque repente summus quisquam eorum factus est, sed per rivulos ad sapientiam & sanctitatem discurre. Cum hac autem Regina nostra habuit se Deus ad modum pictoris, cuius munus non est dolare vel secare aut detrahere, sed potius addere & superponere absque tali labore, magno tamen ingenio & arte, &c. Ut non tantum nomineris, & sis Dei & Principis filia, sed etiam Mater: *Ad illum enim puritatis & sanctitatis gradum pervenisti, ut congrua Dei Genitrix esse posses. Omne, quod in te repertum est, aureum est, non vile neque abjectum quidquam, sed gratia super gratiam in te fuit, & cumulus gratiarum, &c.* Hæc Domina nostra, quæ post Christum est prima prædestinata, & ad majorem post ipsum gloriam exaltata, & ab initio & ante secula prævisa ut congrua esset Mater Dei, & in initio viarum Dei possessa, antequam quidquam faceret Deus, quoniam à principio & ex antiquis Patribus ordinata, electa & prælecta, ut in illius tabernaculo habitaret: & certè simillima fuit Filio Dei, &c. Item, declam. 4. fol. 163. Quæ autem pura creatura sic à peccato recessit, sic à malo culpæ elongata fuit, sicut Beatissima Virgo: *Nulla certe, quoniam non tantum non peccavit, sed neque peccare potuit, non quidem ratione naturæ creatæ, quæ defectibilis & peccabilis est (si secundum se consideretur) peccabilis quidem erat advocata nostra ratione naturæ, &c. Non serviebat Deo & mammonæ, quæ Dei ancilla in verbo, cogitatione & opere semper erat: non claudicabat in duas partes sicut omnes alij filij Adam, qui modò ad dexteram, modò ad sinistram, modò ad veritatem depressi, modò prosperitate elati declinant aut cadunt; ipsa semper recto tramite incessit, nunquam inimico & hosti communi gratum aliquid fecit, quin potius semper illi infesta, semperque inimica: utpote quòd amantissima Dei semper extitit, &c.* Ad **MARIAM** recurramus: pura siquidem humanitas in **MARIA**, non pura tantum ab omni contaminatione, sed & pura singularitate naturæ extitit. Item, declam. 5. folio 216. Terra medium est mundi, infimum elementum, quæta & firma manet: terra enim semper stat frigida & sicca, cuique omnes innitantur, & quæ omnes sustentat; sic tu *Beatissima Domina terra es non maledicta, &c.* terra fructifera, quæ nunquam in falluginem convertetur, sicut prima mater Eva. Nubes etiam si ex aqua amara generatur, dulcem tamen liquorem ipsa destillat; sic & nubes nostra etiam si à mulieribus peccatricibus exorta, ipsam tamen in nullo peccato læsit. Lib. impress. Romæ 1592. in 8.

LUDOVICUS à Turri de Verona, Ordinis Minorum Italus, scripsit eruditissimum Librum sub titulo: *Compendium Virginei honoris, & defensionis innocentissimæ Conceptionis, &c.* Ultima prædicti libri verba talia sunt: *Opus benedictissima Conceptionis Virginis MARIÆ per venerandum, & sacrarum Litterarum Doctissimum Interpretem Fratrem Ludovicum à Turri de Verona Ordinis Min. Observantia devotissimè editum, contra libellum inventivarum Religiosi innominati turpiter de Apostolico Ordine, immò de Virginea innocetia oblo-*

quentis, explicit. Impress. Brixie per Boninum de Boninis de Ragusia, & completum 18. Angulit infra octavam ejusdem Immaculatæ Virginis anno Domini 1486. in 4. Extat etiam hoc Opus MS. Colonia.

LUDOVICUS Vail, Gallus & Episcopus, in libro dicto Gallicè: *La Theologie affective, ou Saint Thomas en Meditation sur la partie seconde de la seconde tom. 1. fol. 164. par. 2. meditatione 2. sub hoc titulo: Explication de la Conception Immaculée de la sainte Vierge, agit latè.*

LUDOVICUS Vancas, Ordinis Prædicatorum Hispanensis, in suo Mariali adducit aliquas Conciones de Concept. **V. MARIÆ**. Prima incipit: Notatu dignissimus, &c. Secunda: Sapientissimus Rex. Tertia: Notanda sunt illa. Quarta: Hodierna dies, &c. ubi plura pro sanctitate & immunitate **V. Impress. Friburgi 1624. in 4.**

LUDOVICUS de Vargas Manrique, Doctor & Poëta Hispanus, edidit Carmina Hispanice pro Immaculatæ Virginis **MARIÆ** Conceptione, ut recitat Antonius de Leon in Biblioth. classe 8.

LUDOVICUS Velazquez, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam ad Summum Pontificem Paulum **V.** circa definitionem mysticæ Immaculatæ Conceptionis Virginis. Extat impress. apud Ant. Dazam Tract. de Concep. folio 189.

LUDOVICUS Velluga, Doctor in Academia Toletana Hispanus, in libro inscripto: *Vitæ duorum, qui primas obtinent in Regno Dei, Christi scilicet atque deiparæ, &c. de Beata Virginis MARIÆ parentibus, ac ejus Immaculatæ Conceptione* adducit revelationes novem cum duabus notis. Quæ omnia videri possunt à folio 170. usque 178. Lib. impress. Conchæ 1531. in 4. In principio verò habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

LUDOVICUS de Vera, Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Approbatione libri Hippolyti de Olivares fatetur *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali.* Lib. impress. Lima, anno 1631. in 4.

LUDOVICUS de Ulloa & Pereira, Poëta Hispanus, scripsit Canticum pro Immaculatæ Virginis Conceptione, & extat in Relatione panegyrica Ordinis Militaris de Alcantara, fol. 79. Lib. impress. Matriti 1653.

LUDOVICUS VI. Gallorum Rex in diplomate dato Patribus Præmonstratensibus ad annum 1155. dicit se per revelationem à Beata Virgine accepisse, in honorem suæ purissimæ Conceptionis Ordinem candidum à B. Norberto fundari, &c. Vide Euseb. Nieremb. cap. 7. folio 56. de perp. obiect. Conceptionis, & in libro de Excep. cap. 26. fol. 439. ubi adducit auctoritatem.

LUDOVICUS de Urieta, Ordinis Prædicatorum, in Historia Ecclesiastica, Politica, Naturali, Morali Regnorum Æthiopiæ, libro 2. cap. 4. folio 394. De la protestacion de la Fe, que hicieron los Embaxadores del Preste Joan en persona suia, y de todo su Imperio en el Concilio Florentino, presidiendo Eugenio **IV.** summo Pontifice, loquendo de Amadeo Antipapa, hæc dicit: *Y con este Antipapa los del Concilio de Basilea, como con cabeza de lobo, querian espantar à Eugenio legitimo Summo Pontifice, y con el hicieron en Basilea muchas sesiones y estable-*

cieron canones, determinando por de fee muchos disparates, como consta del mismo Concilio, y en la session 36. determinaron por de fee, que la Virgen MARIA y Madre de Dios y Señora nuestra fue concebida sin pecado original, pero el Papa Sixto IV. hizo una Decretal en que descomulgó al que dixere ser de fee lo uno, ò lo otro, &c. Et cap. 13. lib. 2. folio 557. loquendo de festividades. Ethiopum, inquit: Agora que communican con la Iglesia Latina han recebido muchas festividades, de las quales ellos no tenían noticia, así de sanctos como de la Virgen, de la qual celebran *La purissima Concepcion*, su Nacimiento; la una à 8. Diciembre, la otra à 8. de Setiembre; la fiesta del Santissimo Sacramento, &c. Lib. impress. Hispanice Valentia 1610. in 4.

LUDOVICUS Vulgliengue, Ordinis Prædicatorum Pedemontanus, in libro: *Le threfor des indulgences du sainct Rosaire*, &c. folio 58. de indulgentia plenaria *pro die & octava Conceptionis* in S. MARIA Rotunda, Araceli & de Populo, & Domina nostra de Pace. Et folio 65. in Litanias: *Per sanctam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Paris 1604. in 12.

LUDOVICUS Ximenez de Lara, Doctor Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: *Sermon predicado en el grandioso quincenario de fiestas, que la insigne Cofradia de los Nazarenos y santissima Cruz de Jerusalem, sita en la Iglesia del glorioso Padre San Antonio Abad de esta ciudad de Sevilla, ha celebrado en hacimiento de gracias à la Magestad de Dios nuestro Señor, por el Decreto que la Santidad de nuestro muy Santo Padre Gregorio XV. pronuncio en favor del sagrado mysterio de la Concepcion Immaculada de la Reyna de los cielos MARIA Señora N. en 24. de Mayo de 1622.* Impress. Hispani 1622. in 4. cum imagine Immac. Concept.

LUDOVICUS Zacconi de Pesaro, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, agit de festo Conceptionis Virginis MARIE ad diem 8. Decembris in Compendio omnium festivitatum Sanctorum, &c. Impress. Venetijs 1602. in 4.

Item, de eadem Conceptione Virginis MARIE Commemorationem verb. MARIA, folio 441. Impress. Venetijs in 4.

LUDOVICUS Zibas Zynus, Ordinis Minorum Polonus, descripsit Conventum Siracoviensem sub hoc titulo *Immaculatae Conceptionis* deiparae Virginis MARIE; ut videre est in Chronologica relatione Provinciae Poloniae manuscripta foliis 608. Item, descripsit Conventum Suecensem in Diocesi Madislavien. sub titulo *Immaculatae Conceptionis* Beatae MARIE Virginis, ibidem fol. 615. Item, Conventum Rozminensem sub titulo *Immaculatae Conceptionis* Regine caelorum, fol. 138. Item, Conventum Lantensem sub eodem titulo *Immaculatae Conceptionis* sanctissimae Virginis MARIE, fol. 30. Item, de Monasterio Monialium S.P.N. Francisci Collisientis sub titulo *Immaculatae Conceptionis* Beatae Virginis MARIE, fol. 692. Est in folio regali scripta.

LUDOVICUS Zibramontis Mantuanus Italus in libro *Meditationum & Contemplationum* de Beata Virgine MARIA, in multis locis affirmat Quod ipsa fuerit Mater plena gratia, *erimnis omni peccato; & antequam terra fieret, terra sancta, id est, Virgine MARIE fecti in divina mente Conceptio.* Et postquam: Quod fuit *Immaculata, sancta & immaculata, sine*

macula, spina carens, & quod non perdidit gratiam, à Adam. Lib. impress. Venetijs 1600. in 4.

LUDOVISIUS, Cardinalis S.R.E. & Archiepiscopus Bononiensis, scripsit Sermonem de *Immaculatae Virginis Conceptione*, quem cum aliis edidit curavit Matthæus Sagaci Canonicus S. Petronij Bononiae 1616. Extat à folio 17.

LUISIUS Alvarez Toletanus, Ordinis S. Augustini Doctor Hispanus, scripsit Sermones pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIE.* Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad annum 1576. & in Biblioth. fol. 67.

LUISIUS de Aparizio, Ordinis Beatæ MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in lib. de Cultu debito sanctis primis parentibus Adamo & Evæ, conclus. 4. num. 6. affirmat *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, ut refert Sylvester de Saavedra, lib. de sacra Deipara, disput. 16. sect. 14. num. 658.

LUISIUS Legionensis, Ordinis S. Augustini, ad finem explanationis Canticorum Salomonis, in Carmine ad Dei Genitricem ex voto, folio 446. inquit:

*Abscede impietas, jam penetralia
Cæli sacra patent.*

Et infra habet alia Carmina, quæ Virginis puritatem incontaminatam videntur respicere. Lege ibi. Lib. impress. Salmanticae 1589. in 4.

LUISIUS Turrianus, Societatis Jesu Hispanus, in Selectis Disputationibus Theologicis, Scholasticis, Moralibus, disp. 14. dubio 1. part. 1. folio 79. inquirendo: *Quid sit debitum contrahendi peccatum originale?* Dubium 2. est hoc: *An Beata Virgo peccaverit in Adam?* Item, Dubium 3. *An Beata Virgo habuerit debitum contrahendi peccatum originale?* Negativè. Dubium 4. *An mereatur Censuram opinio asserentium Virginem non contraxisse debitum peccati originalis?* Dubium 5. *Quomodo sit philosophandum secundum nostra principia in hac materia?* Dubium 6. *An post iustificacionem manserit in Beata Virgine debitum peccati originalis?* Negativè. Dubium 7. *An si Beata Virgo habuisset peccatum originale, Christus ex illa nascens illud contraheret?* Item, Dub. 10. *An Beata Virgo viderit in primo instanti sua Conceptionis divinam essentiam?* Item, part. 2. disput. 31. fol. 315. Dubio 1. *An hoc tempore mereatur Censuram asserere, quod qui mortem pateretur pro defendenda Conceptione Immaculatae Virginis ab originali, esset Martyr?* Dub. 2. *An sit contra decreta Pontificum in hac materia de Conceptione asserere, quod potest à Pontifice definiri una pars hujus controversie?* Dub. 3. *An possit definiri, quod Beata Virgo non habuerit debitum contrahendi peccatum originale?* Lib. impress. Lugduni 1634. in folio. Legatur inibi Auctor.

LUITPRANDUS Subdiaconus Toletanus, ac Ticensis Diaconus, ac tandem Cremontensis Episcopus, in Chronicon Era 714. ad annum Christi Domini 676. num. 131. folio 352. inquit: *Beatissima sedes de Columna in urbe Cæsaraugustana, quæ constructa est jussu Virginis à Beato Jacobo cum in Hispania prædicavit, anno 37. à Nativitate Domini, & consecrata ejusdem Immaculatae Conceptioni (quam omnes Apostoli prædicaverunt ubique) hoc tempore celeberrimo multorum peregrinorum contubernio visitatur.* Lib. impress. Antuerpiæ 1640. in fol. & Mantuae Carpen-

Carpentanorum 1635. in 4. licet ponat æram 715. an. Christi D. 677.

LUPUS Fælix de Vega Carpio, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci, Poëta celeberrimus Hispanus, in libro dicto: Pastores de Belen, Prosa y versos, in soluta oratione, fol. 16. inquit: Advirtiendo con esto, que Ana su muger concibiera una hija llamada MARIA, que aun en su misma Concepcion seria del Spiritu divino, &c. Item, ibidem in ligata oratione, folio 98. inquit:

*Vos propiciatorio santo
Vos templo de Salomon
A donde golpe de culpa
En ningun tiempo se oyó.
Vos limpia Virgen hermosa
Desde vuestra Concepcion
Que como le fue posible
Quien os hizo os resorvó.*

Vide alia quamplura ibidem. Lib. impr. Compluti 1618. in 4.

Item, in lib. de Sancto Isidoro Matritensi, folio 160. & folio 188. agit de Nativitate ac Genealogia Virginis MARIE, & in Poëmate ad finem libri vocat *Deiparam intactam* semper atque inviolatam. Lib. impress. Matrili 1602. in 8. cum imagine Immaculatae Conceptionis in principio.

Item, in libro: La Virgen de la Almudena Poëma Historico, sparsim per totum librum, ex quo hæc pauca transcribo, à folio 12. & 18.

*Imita al dueño de quien fue traslado
Que no admitio carcoma de pecado.
Sais de Jardin de Dios sellada fuente,
Donde jamas tocó ponzoña alguna.*

Lib. impress. Matrili in 8. magno absque anno impress.

Item, edidit Comœdiam Hispanicè sub hoc titulo: *La limpieza no manchada*, id est, de Conceptione Immaculata Virginis MARIE, estque nona in decima nona parte. Impress. Vallisoletani anno 1624. in 4.

Item, in Poëmate ad Franciscum de la Cueva, agit de puritate Conceptionis Virginis MARIE; ut videre est ejus in libro ad finem.

Item, extat quoddam Opusculum Hispanicum, sub hoc titulo: Coloquio Pastoral en alabanza de la limpiezima Concepcion de la Virgen Santissima N. S. concebida sin pecado original. Lleva al fin un Romanze muy gracioso en vizeaino en confesion desta verdad. Impress. primò Malacæ, deinde Hispali 1615. in 4. Incipit: Gué mi razon, &c.

Item, extat aliud sub hoc titulo: Conceptos divinos al santissimo Sacramento y à la Virgen nuestra Señora, prosiguiendo los coloquios de Lope de Vega. Impressos con licencia en Sevilla, an. de 1615. suntque de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, & incipiunt: Ya comienzas el Pastores.

LUPUS Fernandez de Luna, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, in quarta Synodi convocatione habita anno D. 1378. statuit, præcepit & ordinavit, voluit & mandavit, quòd de cætero festum Conceptionis Beate MARIE Virginis, quod est 8. die mensis Decembris, per civitatem & totam Dicecesim Cæsaraugustanam singulis annis perpetuis temporibus celebretur, colatur & servetur, ab omni servili & feriali opere quiescendo: quadraginta dies indulgentiar. omnibus verè penitentibus & confessis festum præfatum colenti-

bus de omnipotentis Dei misericordia concessit, &c. Sic extat in quodam manus. Opusc. apud nos existente in fol. Vide etiam Armament. col. 283. & Marrac. in Antist. Marian. fol. 369.

LUPUS Pæz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Origen, aumento, y estado de la venerable Orden Tercera de Penitencia, de Milla ac indulgentiis Conceptionis Virginis MARIE agio fol. 290. Lib. impress. Matrili 1629. in 16.

M

MACHARIUS Philadelphensis, Oratione 2. in Barbarorum incursum, vocat *Deiparam* Paryperegologemen dominam, id est, absque omni maledictione culpa. Vide Eusebium Nieremberg. libro Exception. cap. 13. folio 169.

MACHARIUS Simeomo, D. Michaelis Antuerpiæ Ordinis Præmonstratensis Abba, Sacræ Theologiæ Licent. ac Professor Belgæ, in Theibus Theologicis de Peccatis, &c. publicè habitis die 12. & 13. Julij 1647. folio 8. Conclus. 9. hæc habet: Beatissima Virgo, etiam posito Augustiniano illo traductionis modo, per singulare privilegium à peccato originali exiit potius ut nunquam hoc de facto contraxerit, aliqne ne non quidem instanti inquinata fuerit. Atque ita reipia contigisse, tum ob Virginis Matris honorem, tum ob majorem Sedis Apostolicæ in partem illam propensionem, sustinemus. Quem omnimodum candorem tam ab originali, quam actuali macula per candidam vestem à Virgine Deipara sanctissimo P. N. Norberto allatam, significari existimamus. Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

Item, in Conclusionibus de Universa Theologia habitis die 13. Julij in sacris Solenniis Sancti Norberti, anno 1649. folio 3. Conclus. 10. sic inquit: *Deipara Virgo à peccato originali immunis fuit.* Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

MACRI Cæstrum in Italia in ditione Ducis Sabaudiz, habet Conventum Ordinis Minorum, sub titulo *Dei, yæ Immaculatae Conceptionis*, qui fuit constructus die 30. Julij, anno 1611. sumptibus Francisci de Merisani Tertiarij nostri Ordinis, & Ecclesia fuit consecrata ab Illustrissimo Domino Petro Francisco Costa Albinger Episcopo die 18. Octobris, anno 1636. Quæ omnia constant ex relatione authentica nobis missa ex eadem Provincia.

MAFFÆUS Barberinus Italus, postea Urbanus Papa VIII. cum esset Epif. Spoletanus iussu typis mandari Kalendarium Cathedralis Ecclesiæ Spoletanæ, in quo ad diem 8. Decembris habetur *Conceptio Beate MARIE Virginis duplex*; ut videre est in lib. impr. Perusiz absque anno in 8.

Item, in libro à se conscripto ex diversis Carminebus tum Latinis, tum etiam Italis, strophe secunda, loquens cum Beata Virgine in Poësis Toscanis, tomo 2. folio 82. inquit:

*Questo fu il nodo marital ch' à Dio
Te se diletta sposa
Quin di al candor di Virgine amorosa.
Di Madre in te seconda nata sumo.
Fosti ab eterno eletta
Essenza machia original conceita
La pieta, &c.*

Lib. impress. Romæ 1638. in folio.